

John Carter Brown
Library
Brown University



THE TREE OF KNOWLEDGE

HENRY STEVENS of Vermont,
FSA, &c, 4 Trafalgar Square,
London.

BOUND BY W. PRATT FOR H. STEVENS 1883

Inayed -
J.W.B.

Presented [illegible]
Peter [illegible]

89

DESCRI= PTIO TERRAE SANCTAE

exactiſſima, autore Brocardo Mona=
cho, libellus diuinarum ſcriptura=
rum ſtudioſis, multò
vtiliſſimus.

De Nouis Inſulis nuper repertis, & de
moribus incolarum earundem,
per Petrum Martyrem
res lectu digna.

ANTVERPIAE
In ædibus Ioannis Steelſii
Anno à Chriſto nato
M.D.XXXVI.

AD STVDIOSVM LECTOREM.

NE te lateat lector ordo, quem Brocardus monachus, huius libelli conſcriptor, & terrę ſanctę ſtudioſus explorator, tenuit, libuit à principio breuibus id tibi aperire, potiſſimum quum ad lectionis ſynceriorē intelligentiam id non ambigamus conducere. Igitur non eſt ſequutus Ptolemęi & reliquorū coſmographorum ſubtile illud metiendi artificium qui cuiuslibet loci longitudinem & latitudinē iuxta cœli ſitum expendentes, locorum diſtantias certiore addiſcūt via, quàm ſi per miliaria, leucas, aut ſtadia, terreſtri itinere id efficere molirentur. Sic enim licebit inuentis ſemel radicibus vti ad quorumlibet locorum quantumlibet longe diſſitorum, inueſtiganda interualla. At Brocardus iſte vulgari dimenſione contentus, Aconem maritimam ciuitatem, & in occidentali plaga ſitam, loco centri conſtituit, & hinc quatuor lineas ad quatuor mundi pręcipuas plagas imaginatione ſua traxit, atq; rurſus quamlibet quartam in tria diducens, iuxta duodecim cœli vētos duodecim itineraria per memoratam terram ſanctā deſcripſit, atq; ſingula loca in his imaginarijs lineis ſita, iuxta priſcam & modernam appellationem annotauit; pręſertim ea quę ſcripturę cōmēdatione aut cōmemoratione celebriora ſunt vel inſigniora. Per leucam accipe ſpatiū terræ, quod quis commode vna hora mediocri greſſu conficere poteſt.

LOCO

LOCORVM TERRÆ SANCTÆ EXActiſſima deſcriptio, autore F. Brocardo monacho.

ISta terra, quam ſanctam vocamus, duodecim tribubus Iſrael funiculo diſtributiõis in poſſeſſionem tradita, poſt tempus Salomonis in duo regna excreuit: vnum regnum Iudæ dicebatur, duas complectens tribus, nempe Iudę & Beniamin: alterum vero regnum Samarię vocabatur, à metropoli Samariæ, quæ nũc Sebaſte nomen habet, reliquas decem continens tribus: vtrunq; tamen regnum vnà cum Paleſtina pars erat Syriæ, nõ ſecus quàm Tuſcia aut Lõbardia pars eſt Italiæ: nam Syria, vt reliquæ magnæ nationes, in multas ſcinditur particulares prouincias. Et quidem tota ea regio, quę eſt à Tigride fluuio vſq; ad Ægyptum generali vocabulo Syria nuncupatur. At ea pars & tractus, qui eſt inter duos illos inſignes fluuios Euphraten & Tigrim, vocaĩ apud Hebræos ארם נחרות id eſt, Syria fluuiorũ, quę Gręco vocabulo Meſopotamia appellatur, quod media inter aquas cõtineatur: habetq; ciuitatẽ inſignẽ & celebrẽ Edeſſam, quę olim Rages, nunc autem Raſe nũcupatur. Deinde eſt alia pars Syriæ, quæ Cœle vocaĩ, incipiens ab Euphrate flumine & deſinens in riuum Valaniæ, qui fluit ſub caſtro Valat, exoneraturque in mare magnum, ſeu mediterraneum, in villa Balaniæ, vna leuca à dicto caſtro diſtante. In hac Cœleſyria eſt nobilis ciuitas Antiochena

Syrię latitudo.

Meſopotamia.

Cœleſyria.

cum alijs vrbibus, Laodicęa, Apamia, & ſimili-
Phœnicia. bus. Rurſus eſt Syria Phœnicis, quę ab Aquilo-
ne initiū ſumit à riuo Valaniæ, & extēditur vſq;
ad montē Carmeli, vbi locus eſt qui hodie Ca-
ſtrū peregrinorū vocatur. In hac multę ſunt ciui
tates, nēpe Tripolis, Berytus, Sidō, Tyrus, Acō,
Capharnaū, & alię quędā. Habet quoq; Libanū
montē ſecundum aliquos, in quo thura legūtur.
Porrò vocatur Syria Phœnicis à filio Agenoris,
qui Tyrū inſtaurauit, & metropolim in ea pro-
uincia cōſtituit. Eſt & alia pars Syriæ, quę Syria
Damaſcus Damaſci appellatur, in qua Damaſcus eſt metro-
polis, quę & Syria Libanica à Libano mōte vo
Palęſtina catur. Poſt Syriam Phœnicis ſequitur Palęſtina,
etiā pars Syrię in tres ſciſſa regiones. Vna voca-
tur Palęſtina ſine vllo additamento, habens Hie-
ruſalem metropolim, extenditurq; vſq; ad mare
mortuū, & ad deſertū Cadesbarne. Alia eſt Palę-
ſtina Cęſareæ, habens ſcilicet Cæſareā maritimā
vrbē metropolim, incipiēs à caſtro peregrinorū
& excurrens contra Auſtrū vſq; ad Gazā ciuita
tem. Tertia vocatur Palęſtina Galilęæ. Vendicat
Arabia multiplex quoque ſibi nonnihil Syria de partibus Arabiæ:
Nam vna eſt Arabia, quę Baſtrū habet metropo
lim, quę nunc Buſrit appellatur: olim autē Oſra
fuit, cui ab occidente iungitur Traconitidis re-
gio atq; Iturea, & ab Aquilone Damaſcus: vn-
de & Syria Damaſci olim non raro Arabia vo-
cabatur. Alia eſt Arabia Petrea, habens Petram
metropolim, quę olim Rabbath dicebatur, ſita
ſuper torrentem Arnon. Hāc regionem olim in-
habitarunt Ammonitæ, tametſi Ar ciuitas fuerit
Moabitarū, fuitq; in ea regnū Seon, & regnū Og
regis Baſan. Tertia eſt Arabia, quę habet metro-
polim Montē regalē, qui olim erat Petra deſerti,
ſita ſu-

ſita ſupra mare mortuū, continens ſub ſe montē Moab, & vocatur proprie Syria Sobal, intra cuius terminos continetur Idumęa, ſiue mons Seir Proinde tota terra citra mare mortuum vſq; ad Cadesbarne, & aquas cōtradictionis verſus mare rubrū, & per ſqualidas ſolitudines vſq; ad Euphratē, eſt Arabia magna, comprehendens Mechā ciuitatem, in qua Mahumetē ſepultū ferunt. Hęc de terminis & extremitatibus terræ ſanctæ dicta ſufficiant: nunc de particularibus eiuſdē locis nonnihil dicemus, initium ſumpturi ab Aconenſi ciuitate maritima.

Deſcriptio Aconenſis ciuitatis.

ACon apud veteres Ptolemais dicta eſt, et nūquā fuit terrę ſanctę connumerata, nec à filijs Iſrael vnquā poſſeſſa: tāetſi tribui Aſer in ſortē ceciderit. Eſt in prouincia Phœnicis, habens ad Auſtrū mōtē Carmelū. 4. leucis diſtantē, vbi vltra torrētē Ciſon Elias ꝓpheta ſacerdotes Baal interfecit. Eſt hęc ciuitas Acon optime munita, cincta muris & antemuralibus, turribus, foſſis, triangularē in modū clypei habens formā, cuius duo latera iūgunt mari: tertiū vero planiciē terrę reſpicit. Habet agrū fertilē, optima paſcua, vineas elegātes et amœniſſimos hortos, in qb⁹ diuerſi generis fructus colligūtur. Ornat hęc vrbs hoſpitali iſigni dom⁹ Teutonicę vnà cū munitiſſimis caſtris: ſed & nō parū cōmodi habet ab optimo portu maris, capaci ab Auſtro multarū nauiū. Hinc verſus aquilonē eſt Caſale Lāberti. 4. leucis ab Aconēſi vrbe diſtās, ſub mōte Saron iuxta mare locatū, vineis, aquis, & fluminib⁹ abūdans. Ab hoc mōte ſi perrexeris in littore maris ad. 3. leucas, occurret caſtrū Sādalido, locus. ſ. vbi olim Alexander Magnus Tyrum oppugnauit.

Hoc caſtrum collapſum Balduinus rex Ieroſoly mitanus inſtaurans, quibuſdam nobilibus poſſidendum tradidit: nam eſt locus amœnus, abūdās paſcuis, ficetis, oliuetis, & riuulis. Hinc ad vnum miliare Germanicum eſt puteus ille admirabilis aquarum viuentium, haud longe à via quæ Tyrum ducit, de quo in cantico Salomonis dicitur: Aquę quę fluunt cū impetu de Libano. Sunt autem quatuor fontes, quorū vnus eſt præcipuus, habēs tam in longū q̄ latū. 40. cubitos, vt ego ipſe vtrunq; latus dimēſus ſum. Alij vero tres habent circiter. 25. cubitos in vnoquoq; quadrati latere: & ſunt oēs duriſſimis incluſi lapidibus, atq; opere inſolubili obfirmati. Hinc varij deducuntur riui & aquęductus, vnde fere tota planicies Tyri irrigatur & adaquatur, & nō parū incremēti in fructibus percipit. Cęterū diſtāt hi fontes à mari paulo amplius q̄ ſit iactus arcus, & in hoc tam anguſto ſpatio ſex molares impellit rotas.

Ab hoc fonte ſpatio dimidij miliaris Germanici diſtat Tyrus vrbs nedū in profanis, verū & in ſacris literis celebratiſſima, in qua veteris ſuæ maieſtatis adhuc plurima viſunt̄ veſtigia. Hanc primū aiunt conditam à Tigra filio Iaphet, ſed à Phœnice inſtauratā. Magnū habet murorū ambitū, & vt mihi probabile eſt, amplior & maior eſt ciuitate Aconēſi: formā habet rotūdā, rupi duriſſimę inſidēs, & vndiq; mari circūdat̄, niſi q; à frōte ciuitatis, hoc eſt, ab oriēte patet aditus, quē primo Nabuchodonoſor, & deiñ Alexāder magnus fecerūt, vrbē cōtinēti cōtiguā reddētes: verū is introitus hodie munit' eſt quadruplici muro fortiſſimo, ſpiſſo & alto. 12. turribus & ꝓpugnaculis intra eos collocatis. Huic tā forti ędificio adhęret Aex caſtrū munitiſſimū, in rupe & cor-

Tyri celebritas.

de ma

de maris ſitũ,ſeptũ turribus,& ornatũ palatijs e-
gregijs: crederes,ſi illud vidiſſes, nulla potẽtia fa
cile expugnabile. Eſt ſedes Archiepiſcopalis in
hac vrbe,habẽs ſub ſe eccl'ias Sidonienſem,Aco-
nẽſem,Paneenſem,& Berytẽſem. Añ portã eius
oriẽtalẽ ad iactũ.2.ſagittarũ oſtẽdit locus in quo
Chrũs prędicauit,& vbi mulier extulit vocẽ de
turba dicẽs: Beatus vẽter q̃ te portauit. A Tyro
trib⁹ fere leucis Aquilonẽ verſus miſcet Eleuthe
rus fluui⁹ mari magno,ab Iturea ſeu Galilęa gẽ-
tiũ prorũpẽs,de q̃ mẽtio fit in lib. Machab. Hinc
ad tres leucas eſt Sarepta Sidonioꝝ,vbi Elias ꝓ- Sarepta
pheta olĩ ſuſcitauit à mortuis filiũ mulieris Sare-
ptanę. Habet hodie loc⁹ ille vix.8.domos: at rui-
nę adhuc cernũt̃,antiquę ſuę magnificentię indi
ces. Ab eo loco ſunt tres leucę ad Sidonẽ magnã Sidon
Phœnicis vrbẽ: licet & ipſa ꝓ magna parte in ru
inis hodie iaceat. Situs eius eſt fere ſub Antiliba
no,hñs hinc & hinc caſtra natura et arte munita:
nã vnũ ad Aquilonẽ vrbis extructũ eſt in rupe
maris,idq; à peregrinis,qui ex Teutonia illuc ve
nerũt. Aliud verſus Auſtrũ in colle eſt collocatũ,
q̃d milites tẽpli vnâ cũ alio caſtro & ciuitate in-
habitãt. Adiacẽs terra fertilis eſt,ꝓducitq; cãnas
mellis. Mõs Antiliban⁹ diſtat à Sidõe vna leuca
ad oriẽtẽ,initiũ ſumẽs à fluuio Eleuthero,& ver
gens vſq; ad Tripolim.5.ſcilicet leucarũ ſpatio,
nec recedit à mari vltra tres leucas, licet in q̃buſ-
dã locis mare ipſum cõtingat. Abũdat optimis
vineis. Vltra Sidonẽ ad.9. leucas eſt Berytus ciui Berytus.
tas epiſcopalis. Hĩc p.6.leucas ſupra mare eſt Bi- Biblium
bliũ ciuitas,Patriarchatui Antiocheno ſubiecta,
de qua in Ezechiele fit mẽtio: vocat̃ autẽ hodie
Giblec,& eſt admodũ parua. Hinc ſunt.6.leucæ
ad ciuitatẽ Botrũ,q̃ anteq̃ per magiſtrũ tẽpli de Botrum
ſtrueret̃

ſtrueret valde opulēta fuit, ī vino optīo reliqua loca excellēs. Hīc ad.3. leucas eſt caſtrū Neuphrus q̄d ferè totū mari alluit, & habet.30. fortes turres prīcipi Antiocheno ſubiectū. Hīc eſt iter.3. leucarū ad Tripolī, vrbē inſignē, q̄ vt Tyr⁹ fere tota mari circūdat. Habitāt in ea Gręci, Latini, Iudęi Armeni, Maronitæ, Saraceni, Neſtoriani, & aliæ multę & varię gētes. Parat in ea vrbe annuatim magna copia ſericeorꝫ pānorꝫ, habetqꝫ incredibilē numerū hoīm, q ſoli ſerico texēdo vacāt. Terra q̄qꝫ adiacēs prorſus dici poſſet paradiſus dn̄i, adeo amœna eſt & fertilis in vineis, oliuetis, ficetis, et reliqs arborib⁹. Diſtat ab hac vrbe Liban⁹ 3. leucis, ad cui⁹ pedē orit fōs hortorꝫ, fluēs impetu de Libano, vt in Can. Salom. dicit, hn̄s quidē ſcatebrā humilē, ſed illico tumeſcēs fit fluui⁹ magnus, irrigās & fœcūdās oēs hortos, & totā regionē, q̄ eſt inter Libanū & Tripolim. A Tripoli p.2. leucas eſt mōs Leopardorꝫ, rotūd⁹ & alt⁹, vna leuca à Libano diſtās. Habet hic mōs in pede aqlonari ſpelūcā, in qua monimētū cernit.26. pedū lōgitudinis, frequētaturqꝫ deuote à Saracenis, q putāt illic Ioſue ſepultū. Hinc venit ad caſtrū Arachas & Sycō oppidū, & deiñ ad Aradiū q̄d et Antheradū appellat, vndiqꝫ mari cinctū.5. dietis à Tyro diſtās. Cōdidiſſe dicit hāc ciuitatē Aradius filius Chanaā poſt diluuiū, ſicut & Sidon filius Cham ædificauit Sidonē, & Aratheus Arathan, & Syneus Synochin, qui in hac terra manſerunt, & pyramides atque mirabile ſepulchrum poſt ſe reliquerunt ſtupendæ magnitudinis, habens viginti cubitos in longitudine. Cernuntur autem iſtæ pyramides vna leuca ab Antherado, & ſunt compactæ ex maximis lapidibus, quorum multi excedunt ſtaturā hominis.

Tripolis

Libanus

Antheradum.

A latera

A latera Antheradi orientē verſus ſunt parua quę dam mōtana, vocaturq́ꝫ terra illa terra Aſiſinorū. Scribit Clemēs D. Petrum Antheradi aliquādiu euāgeliū prędicaſſe, quū Antiochiā petere vellet Ab Antherado per ſeptē leucas eſt caſtrum Margath, vna leuca à mari diſtās, munitū & in altiſſimo monte ſitū, habēs è vicino ciuitatē Valaniā, quod fratres de hoſpitali S. Ioannis inhabitant. Cæterū epiſcopatus qui fuit in Valania, propter Saracenorū inſultus trāslatus eſt in hoc caſtrum. Hucuſq́ꝫ extēditur regnū Ieroſolymitanū, & incipit principatus Antiochenus, quē fluuius quidam Valania noīe, à montibus haud longinquis prorumpēs, diſterminat à regno terrę ſanctæ. Et hoc eſt itinerarium primū quod feci in terra ſancta, ab Aconenſi ſcilicet ciuitate, vſq́ꝫ ad fluuium Valaniam, quod in octo diebus mediocri greſſu confici poteſt. Porro à Valania vſque ad Antiochiam ſunt quatuor diætæ.

Iter ab Acone verſus Boream.

NVnc iterū ad Aconenſem ciuitatē redeuntes, iter aliud deſcribemus, q̇d ſcilicet verſus Boream vergit. Igitur ab Acone ſoluētes, venimus ad caſtrū Monsferet nominatū, diſtās ab illa ciuitate quatuor leucis, q̇d fratres Teutonici aliquādo inhabitarūt, ſed nūc deſolatū iacet. Inde ſi per quatuor leucas cœptū iter proſequaris, occurret Thoron caſtrū munitiſſimū, diſtās à Tyro ſeptē leucis, quod dn̄s Tyberiadis cōtra Tyrios extruxit. Ab hoc loco ſunt quatuor leucę vſq́ꝫ ad Antiopiam, quę ciuitas olim Aſſor vocata fuit, quā rex Iabin olim inhabitauit, cōtra quē & alios viginti quatuor reges Ioſue iuſſu diuino admonit⁹ pugnauit. De hac ciuitate dicitur Ioſue. 7. ꝙ ſolā Aſſor munitiſſimā vorax flamma conſumpſerit.

Thoron

Aſſor

Porro ruinæ eius vſq; in hodiernū diem atteſtantur priſcam magnificentiam. Diſtat autem à Tyro octo leucis orientē verſus. Hinc ſex leucis cō-
Dan. tra Aquilonē eſt Bellena ciuitas, in pede montis Libani ſita, quæ vt ex libro Iudicum colligitur, olim Lachis dicebatur. Quum q; eam filij Dan cepiſſent, vocauerūt eam Leſedam, quę tamen aliquādo Dan ſimpliciter nominatur, ſecundū illud Congregatus eſt Iſrael à Dan vſq; Berſabee. Eſt
Bellena enim Dan illa terminus terrę ſanctę verſus Septētrionē, Berſabee vero eſt limes cōtra Auſtrū. Cæterum quum Philippus eſſet tetrarcha Itureæ & Traconitidis regionis, voluit ciuitatē iſtam Bellenā ſuo nomine Cæſaream Philippi nominari, quę prius à Græcis Pāneas appellata fuit. Nō longe ſupra hāc ciuitatē oriūtur duo fontes, nempe Ior & Dan, qui in pede mōtis Libani ante portā ciuitatis cōuenientes, Iordanē fluuium efficiunt.
Iordanis origo. Sunt tamen qui alium ortum Iordanē habere aſſerūt. Nam aiūt ab oriēte per ſubterraneum meatum riuum quendā deferri, cuius fons ab iſto loco centū & vigintiquinq; ſtadijs diſtat, qui Syala vocatur, & eſt ſemper plenus nunquā effluens ſed quantū aquæ per ſcatebrā ſuſcipit, tātum per abditam voraginem in Dan tranſmittit, id quod per paleas immiſſas probatū affirmant. Saraceni tamen fontē illum primum non Syalam ſed Medan vocāt, hoc eſt, aquas Dan: nam מי id eſt me, lingua illorum, quæ Hebraicę affinis eſt, aquas ſignificat. Porro Matthęus locum iſtum vocat Magędan, & Marcus Dalmanuta, & eſt in Traconitidis regione. Iordanis itaque fluuius, vt iam diximus, ante portā ciuitatis Bellenæ, ex duobus memoratis fontibus naſcens, poſt longos circuitus quos facit, inter Capharnaum & Corozaim in

mare

mare Galileæ labitur. Et quidem inter Bellenam & mare Galileæ in quandã vallem receptus, ſtagnum quoddã efficit, pręſertim tempore reſolutionis niuium à Libano defluentium, quod hodie aquas Maron vocant. vbi ſcilicet olim Ioſue cum Iabin rege Aſſor dimicauit. Hoc ſtagnum tempore ęſtiuo pro maiori parte exiccatur, & creſcunt ibi arbuſta & herbę diuerſæ, in quibus latitant leones, vrſi, & aliæ beſtiæ. Porro vltra Iordanem ſunt varij montes, nempe mons Seir, mons Hermon, mons Libani, & mons Galaad, qui tamen omnes ſunt vnus mons cõtinuus, niſi ꝙ in diuerſis locis diuerſa ſortitur nomina. Mons Galaad eſt altiſſimus, & videtur reliquorũ caput eſſe ob ſui eminentiam, & huic coniungitur mons Seir, quem Eſau inhabitauit, ceciditq́ in ſortẽ dimidiæ tribus Manaſſes. Huic iterũ iungitur mõs Hermon qui circuit Traconitidem regionem, et perueniens vſq́ Damaſcũ copulat ſe Libano inter Bellenã & Damaſcum. Nec eſt Libanus vllo in loco eminentior ꝙ ſit ſupra hanc ciuitatem, vt etiam iuxta Tyrũ videri poſſit. xl. leucarũ ſpatio ſiue quinq́ diætarum itinere. Sub Libano eſt Antilibanus. Pręterea valles quę circa Libanũ inueniuntur, ſunt ſupra modũ fertiles & cultæ, abundantes paſcuis, vineis, hortis & pomerijs. Habitatores vero illorũ locorum ſunt Maronitæ, Grę ci, Armeni, Neſtoriani, Iacobini & Georgiani. Hæc de itinere quod ab Aconẽſi vrbe verſus Bo ream tendit, dicta ſufficiant. Nunc aliud iter proſequamur, quod ſcilicet ab Acone verſus Vulturnum ducit.

Mare Galilęę et Tyberiadis idem.

Mõtes Galaad, Seir, & Hermõ

Iter ab Acone verſus Vulturnum.

IGitur ab Acone quatuor leucarũ ſpatio eſt caſtellum Indi, dictum Saron, in montanis ſitum

quod fuit domus fratrum Teutonicorū,ſed mo-
do in ruinis iacet. Hinc ad leucam vnam eſt ca-
ſtrum regium,omnibus abundās bonis,ſed à Sa-
racenis modo occupatur. Ab hoc loco ſi deſtina
tum iter proſequaris, exactis quatuor leucis, ve-
nies contra aquas Maron, vbi eſt vallis in qua
Eber Cineus tetenderat tabernaculum haud lon
ge à ciuitate Aſſor, cuius vxor, nempe Iahel, Siſ-
ſaram principem militiæ Iabin regis Aſſor,clauo
in tabernaculo per tempora fixo interfecit. Ab
Sabul. iſta valle vſque ad caſtrum Sabul, quod Saraceni
Zabul vocant, à quo terra illa Zabul vocatur,
ſunt leucæ tres. A quo ſi verſus Auſtrum per tres
leucas perrexeris,occurret caſtrum & ciuitas Se-
Caſtrum Sephet. phet,quæ aliquando fuerunt de dominio militię
templi. Caſtrum eſt firmiſſimum & elegans,in
altiſſimo monte ſitum, ſed per Soldanum captū,
& hodie in magnam Chriſtianorum iacturam
ab illo poſſidetur, vnde totam Galilæam,hoc eſt
tribum Zabulon, Neptalim, Aſer, Iſachar, Ma-
naſſe, & omnem terram vſque ad Tyrum & Si-
donem ſubactam tenet. Inde contra Aquilonem
Cedes. ad quatuor leucas eſt Cedes Neptalim, quæ fuit
ciuitas fugitiuorum in tribu Neptalim,& abun-
dat omnibus bonis. Monſtrātur illic magnę rui-
næ, & ſepulchra pulcherrima antiquorum. De
caſtro Sephet per tres leucas in deſcenſu montis
Mons Chriſti contra orientem ad iactum lapidis à mari Gali-
lęæ,eſt mons ille quē toties ſeruator noſter Chri-
ſtus aſcendit,in quo fecit ſermonem illum ſaluta-
rem, quem diuus Matthęus deſcribit, & in quo
de quinque panibus & duobus piſcibus ſatiauit
quinque milia hominum. In hunc quoque mon
tem fugit,quum populus eum vellet facere regē:
ibi docuit diſcipulos orare, vbi & ipſe ſæpe per-
nox

nox fuit in oratione. Ibi à Centurione fuit inter pellatus pro puero paralytico curãdo. Hic quoq; venit ad eum multitudo languentium, & ſuo tactu mundauit leproſum. Ab hoc mõte videri poteſt totum mare Galilęæ, Iturea & Traconitidis regio vſq; ad montẽ Libanum. Cõtinet longitudo eius duos iactus arcus, latitudo vero habet ſolum iactũ lapidis: totus eſt herboſus & amœnus In pede huius mõtis paululũ à mari oritur fons viuus, quem quidã ſomniant venã eſſe Nili: Ioſephus vero appellat eum Capharnaum, à quo etiam tota illa regio vſq; ad Iordanem per tres leucas Capharnaum nominatur. Ab hoc fonte ſi ieris per viginti paſſus ſupra mare Galilææ, eſt locus vbi Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam ſtetit in littore, dicens diſcipulis piſcãtibus: Pueri nunquid pulmentarium habetis? Ab eo loco orientem verſus per vnã leucã eſt Capharnaum ciuitas quondã glorioſa, ſed nunc vicus humilis, vix ſeptem habẽs caſas piſcatorum, vt adimpleretur verbum Chriſti ita loquẽtis: Et tu Capharnaum, ſi in cœlum aſcendes, vſq; ad infernum demergeris. Ab hoc loco ſunt tres leucę ad aſcẽſum mõtis Sanir, vbi ſcilicet eſt introitus Idumeæ. Et ſuperatis iterũ tribus leucis, occurret Cedar ciuitas glorioſa iuxta montẽ Sanir infimo loco cõtra orientẽ ſita. Per hãc ciuitatẽ & per littus maris Galilęæ tranſit via ducẽs ad occidentem, quã Iſaias vocat viã maris, quod trãs Iordanẽ in Galilęa gentium iuxta littus maris procedat. Ab hoc loco, vbi Iordanis mare influit, vſq; in Cedes Neptalim ſunt. 4. leucæ, & in meditullio itineris eſt Maron aquarũ, vallis quædã ſic vocata, per quã tranſiens Iordanis curſum ſuum verſus oriẽtem flectit. Proinde à ciuitate Corozai, et oſtio fluuij

Capharnaum.

Mons Sanir.

Cedar.

Iorda

Iordanis contra Aquilonem ſunt quatuor leucæ
Sueta. ad Suetam ciuitatem, vnde fuit Baldad Suites. Monſtratur ibi pyramis beati Iob. Ad huius loci campeſtria conueniunt Saraceni ex diuerſis regionibus, à Syria, Meſopotamia, Moab & Ammon, toto æſtatis tempore illic nũdinas faciẽtes,
Huſſ. regiõis amœnitate illecti. A ciuitate Corozaim verſus orientẽ quatuor ſunt leucę ad ciuitatẽ Cedar, in alto monte ſitam, quã Ioſephus Camelam vocat, eo ꝙ mons ille Cameli formã præ ſe fert. Hic notabis, totam illam terrã quę eſt vltra Iordanem, in littore eius orientali, vocari Traconitidis regionẽ, & planiciem Libani & Boſram, vſque ad montẽ Libani: littus vero occidentale appellatur Galilæa gentium, Iturea, Zabul, Decapolis, & via maris. In Traconitide eſt terra Huſſ, q̃ beati Iob principatus olim fuit.

Iter ab Acone verſus orientem.

AB Acone quinqꝫ ſunt leucæ ad vallem fortem Aſer, quæ tenditur vſque ad mare Galilææ. Hinc tres ſunt leucæ ad Naſon villam Neptalim
Dotaim. de qua in Tobia. Hinc tres ſunt leucę ad Dotaim
Neptalim caſtrum ſub monte Bethuliæ, vbi Ioſeph errauit
Bethſaida quum quęreret fratres ſuos. Hinc tres ſunt leucæ
Magdalũ. ad ciuitatẽ Neptalim, quæ nunc Syziz vocatur, vnde Tobias fuit. Hinc tres leucæ ſunt ad Bethſaidã, patriam Andreæ & Petri. Hinc iterum tres leucę numerãtur ad Magdalum caſtrũ Marię Magdalenæ. Inde venitur ad terrã Geraſenorum, in qua multæ ſunt ciuitates & oppidula, vbi etiam mons Hermon in dimidia tribu Manaſſe in altũ erigitur. Caſtrum ſeu oppidũ Dotaim ſitum ſub monte Bethuliæ, eſt admodum amœnũ: nam habet circumiacentes vineas, oliueta & ficeta, abũdatqꝫ paſcuis pinguibus: vbi et vſqꝫ in hodiernũ diem

diem oſtenditur ciſterna(ſi incolis fides ſit habenda)in quã Ioſeph miſſus fuit. Per hunc locũ tranſit iter à Syria in Aegyptum iuxta montes Bethuliæ per campũ Eſdrelon procedẽs ſub mõte Thabor ad ſiniſtrã,& inde per campũ Magedo aſcendit in montem Ephraim, tranſiens per Ramatha Sophim,& tandem ducens in Aegyptum. A Naſon tribus leucis ad oriẽtem, & à Dotaim tribus leucis ad Aquilonẽ eſt ciuitas Neptalim, de qua fuit Tobias,quę tempore excidŋ Hieroſolymitani Ionapa creditur vocata. A Neptalim tres ſunt leucæ ad Bethſaidã in angulo maris Galilææ, habetq; hodie vix ſex domos. Hinc ad tres leucas cõtra meridiem eſt Magdalum caſtrũ,ſitum in littore maris,diſtãs à Bethania tribus leucis contra Vulturnum. Sunt in hac plaga vltra mare Galilęæ plurima caſtella & ciuitates,nempe Suuetha, Theman, à qua Eliphaz Themanites, Gereſa, à qua terra Geraſenorum,quę in littore maris Galilææ ſub monte Seir cõtra Tyberiadem eſt ſita, licet paululum declinet ad Aquilonem. Eſt autẽ tota illa terra vltra mare Galilęæ montuoſa,eratque olim de regno regis Baſan, continẽs montẽ Seir: nam & Seir & Hermon inter illa montana cõprehendũtur, ceſſitq; hęc terra dimidiæ tribui Manaſſe. Hodie vero Saraceni eam inhabitant. Eſt & alius mons Seir iuxta deſertũ maris rubri Pharan,vbi Codorlaomer & alŋ reges cũ eo percuſſerunt Choręos,qui habitabãt in monte Seir quem Eſau & poſteri eius inhabitauerunt. Sunt tamen qui dicunt Eſau vtrũq; inhabitaſſe montem, & vtriq; nomen dediſſe. Nam quum Iacob proficiſceretur in Meſopotamiam, Eſau habitabat cum patre ſuo in Berſabee,& aſſumptis omnibus ſuis ſeceſſit vltra Iordanem,quod hinc patet,quia

Neptalim

Bethſaida

Magdalũ.

Mõs Seir.

ſet,quia dicitur Geñ.xxxiij. Quum Iacob tranſiſ
Phanuel. ſet Phanuel,ortus eſt ei ſol,& eleuãs oculos vidit
venientem Eſau. Oſtenditur autem hodie locus
Phanuel vltra Iordanem ad orientalem plagam.
Quod ſi Eſau tunc alterum montem Seir inhabi-
taſſet, non tam ſubito occurrere potuiſſet fratri
ſuo Iacob,quum mons ille à loco Phanuel pluri-
mum diſtet,quippe qui tribus diętis à mari mor
tuo in vlterioribus locis abeſt. Proinde hæc lo-
corum mutatio videtur illum conſequuta pro-
pter diuerſas vxores, quas paſſim ex alienige-
nis gentibusduxit. Nam quum filiam Iſmael ſoro
rem Nabaiath accepiſſet, cœpit habitare in mon
te Seir, qui eſt iuxta deſertum Pharan, in cõfinio
illo,vbi ſocer eius Iſmael habitauit,de quo in Ge
neſi dicitur: Factus eſt vir gnarus ſagittãdi, mo-
ratusque eſt in ſolitudine Pharan. Deinde duxit
& alias vxores de filijs Euei Chananei, qui habi-
tabãt iuxta montes Gelboë non longe à mari Ga
lilęæ, vbi mons quidam ab eius inhabitatione
denominatus eſt Seir, quem ſcilicet tunc poſſe-
dit quum Iacob è Meſopotamia rediret: id quod
& hinc probari poteſt,quia quum Iacob timeret
occurſum fratris ſui, occurrerũt illi angeli dei,vt
trepidum corroborarent, quos appellauit Maha
nim, hoc eſt caſtra: vnde & locus ille Mahanim
cœpit vocari: conſtat autem locum illum eſſe in
Mons Galaad monte Galaad, qui tribui Gad ceſſit in ſortem.
Mons itaque Seir qui eſt in tribu Gad, non lon-
Bethſan ge abeſt à montibus Gelboë atque ciuitate Beth
ſan, vbi ſcilicet Iordanis ingreditur mare Gali-
læ, à quo loco littus Iordanis orientale eſt dua-
rum tribuum & dimidiæ vſque ad campeſtria
Moab ſub monte Abarim. A quo ſi vlterius
in eiuſdem fluuij littore cõtra Auſtrũ procedas,
tranſi-

tranſibis terram Moab vſque ad petram deſerti, q̃ nũc Krac dicitur, cui pars quędã terrę Ammon ſuccedit, pertingẽs ad mare mortuum, & hinc vſque ad montẽ Seir, qui cõiungitur deſerto Pharã iuxta Cadesbarne, habens à latere deſertũ Sinai. Petra deſerti.

Iter ab Acone verſus Eurum.

NVnc aliam proſequamur lineam, ab Acone ſcilicet cõſueto more exordium facientes, & contra Eurum iter dirigentes. Igitur ſi ad hanc plagam greſſum moueris, primo occurret Cana Galilęæ, quatuor diſtans leucis ab Acone. Hinc ſunt duę leucę verſus meridiem ad villam Ramã nomine, quę ſita eſt ſub monte qui Nazaret vſq; pertingit. A Rama eſt vna leuca & dimidia ad villam quandã quę olim grãdis fuit vocata Abelina, diſtãs à Dotaim media leuca verſus orientẽ, de qua in libro Iudith fit mentio. De Abelina eſt vna leuca ad montem Bethuliæ, vbi Iudith occidit Holofernem, qui mons per totã fere cernitur Galilæam, habens adhuc pulchra quædã ædificia ſed plures ruinas. A Bethulia eſt vna leuca ad ciuitatem Tyberiadis, eundo ſcilicet inter oriẽtem & Auſtrum ſupra mare Galilææ, à qua mare Galilęę dictum eſt mare Tyberiadis. Hęc olim vocata eſt Cinereth, & ab ea mare Cinereth, ſed ab Herode inſtaurata in honorem Tyberij Cęſaris, Tyberias eſt vocata. Habet ſolum fertile & pingue, terminaturque ad eam regio Decapoleos, de qua Iacobus patriarcha Ieroſolymitanus ſic ait in libro quem de terra ſancta compoſuit. Regionis Decapoleos fines ſunt mare Galilęæ ab oriente, & Sidon magna ab occidente, & hæc eſt latitudo eius. In longitudine vero incipit à ciuitate Tyberiadis, & vergit per littus maris Aquilonare vſque in Damaſcum. Dicitur autem Decapolis

Cana Galilęę

Bethulia

Tyberias olim Cinereth.

Decapolis.

polis à decem principalibus eius ciuitatibus, quarum nomina ſunt hæc, Tyberias, Sephet, Cedes, Neptalim, Aſſor, Cæſarea Philippi, Capharnaum, Ionitera, Bethſaida, Corozaim & Bethſan, quæ etiam Sitopolis eſt appellata. A Tyberiade contra occidentem ſunt ſex leucæ, & à Cana Galilęæ tres contra Auſtrum ad Sephorum oppidū & caſtrum, vnde Ioachim pater beatæ virginis oriundus putatur: & eſt in tribu Aſer iuxta vallem Carmelon. A Sephor ſunt tres leucæ contra Auſtrum ad Nazareth ciuitatem Galilęę, vbi CHRISTVS conceptus & educatus fuit. Diſtat ab Acone ſeptem leucis. Extra eam ciuitatem ad ſpatium vnius ſtadij eſt locus, quem appellant ſaltum Domini, vbi Iudæi volebāt IESVM præcipitare, ſed ſubito elapſus manibus eorum, in latere montis oppoſito inuentus eſt. Ab iſto monte videtur mons Thabor & Hermon, villa Endor, Naim & Iezrael, atque ferè tota planicies campi Eſdrelon. A Nazareth duabus leucis verſus orientem eſt mons Thabor, in quo Dominus transfiguratus fuit. Sunt in eo adhuc ruinæ variæ palatiorum & turrium, quæ hodie ſunt latibula leonum & aliarum beſtiarū. In pede Auſtrali huius montis contra villam Endor prope viam quę ducit à Syria in Aegyptum, eſt locus vbi Melchizedec dicitur occurriſſe cū pane & vino Abrahę redeunti à cæde quatuor regum. In pede vero eius orientali deſcendit torrens Ciſon, iuxta quem Barac pugnauit contra Siſaram & in fugam vertit. Colligitur autem torrens iſte de aquis pluuialibus quæ defluunt à montibus Thabor & Hermon, & præcipitatur in mare Galilçæ. A monte Thabor contra Eurum eſt vna leuca ad villam Endor, quę ſitum habet iu-

Sephoron

Nazareth

Mons Thabor

Endor.

bet iuxta montem Hermonim: qui tamen nō eſt mons proprius & diſtinctus, ſed iugum quodam humile ſeu tumor quidā à monte Hermon contra montem Thabor procedens. Eſt & alius mons Hermon minor, qui diſtat à Nazareth duabus leucis, à monte vero Thabor verſus Auſtrū paulo plus vna leuca, in cuius latere Aquilonari eſt ciuitas Naim, vbi Dominus filium viduę vnicum à mortuis ſuſcitauit. Extenditur autē mons ille in longū ferè quatuor leucis contra mare Galilęæ, deſinens nō longe ab eo loco vbi Iordanis ex mari Galilęę egreditur. Mons Hermō Naim.

Iter ab Acone verſus Notum.

DESCribemus nunc iter aliud in quarta orientali, procedendo ſcilicet ab Acone contra Notum. Igitur ab Acone quatuor ſunt leucæ ad torrētem Ciſon, vbi Elias occidit ſacerdotes Baal, & is torrens paruo exacto terrę ſpatio intrat mare magnum, tribus ſcilicet ferè leucis ab Acone. Et licet iam dixerimus hunc torrentem in mare Galilææ deferri, tamen quum locus eius originis ſit aliquāto eminētior, fluit in diuerſas plagas, partim ſcilicet contra orientem in mare Galilęæ, & partim cōtra occidentem in mare magnum: & ita duo ſunt torrentes ſeu riui, ſed ab vno loco originem ducentes. Ille tamen Ciſon qui fluit ad occidētem, colligit plures aquas, qa à mōte Ephraim & à locis Samarię propinquioribus atq; à toto cāpo Eſdrelō cōfluunt plurimę aquę, & recipiūtur in hunc vnū torrentē. A loco interfectiōis ſacerdotū Baal ſunt.3. leucę cōtra Auſtrū ad caſtrū Cain: à q̄ rurſum verſus Auſtrū ad Magedo ſunt.6. leucæ, quod hodie Subibre vocať, vbi rex Ioſias occiſus fuit à Pharaone rege Aegypti. Et aduerte q̄ cāpꝰ iſte Magedo Duplex torrens Ciſon. Magedo

octuageſimotertio, & pluuiam & rorem in illo monte ſim expertus. De Iezrael ſunt quatuor leucæ contra Auſtrum ad oppidum *Ginũ, ſitum in pede montis Ephraim, vbi incipit Samaria. Sunt autem à Gino ad Iordanem ſeptẽ ferè leucę eundo verſus oriẽtem, & loco illi cõiungitur ab Auſtro terra Taphue. A Gino contra Auſtrum ſunt quatuor leucæ ad ciuitatem Sebaſten, quæ olim Samaria fuit dicta, caput regni decem tribuum, quod regnum Iſrael dicebatur. Nunc vero peccatis hominum exigentibus pauculas habet domos vnà cum eccleſia in honorem diui Ioannis Baptiſtæ extructa, ſed quam Saraceni ſibi vſurpauerunt. Eſt & alia eccleſia in ſupercilio montis, vbi palatium regis fuit, ſita, quam Græci monachi Chriſtiani inhabitant, à quibus humaniter fui ſuſceptus. Non facile dixero quales & quãtas ruinas in hoc loco viderim, vt etiam longe excedant ruinas quę Ieroſolymis cernũtur. In monte vidẽtur adhuc columnę marmoreæ, quę ſuſtentabant regia illa ædificia, palatia & deambulatoria, quin & per totum montis circuitũ huiuſcemodi inueniũtur ſtantes columnæ, quę platearũ ſuſtinebãt teſtudines. Situs huius deuaſtatę ciuitatis eſt pulcherrimus, nã inde liber patet aſpectus vſque ad mare Ioppe, & ad Cæſaręam Paleſtinę, ad mõtem Ephraim, & ad Carmelũ maris: abũdat quoq; hortis, fontibus, oliuetis, & oĩbus bonis neceſſarijs. A Samaria contra oriẽtem ſunt tres leucę ad Therſam ciuitatem, ſitã in alto monte, in qua reges Iſrael ante extructionem Samariæ aliquanto tempore regnauerunt, eratq; in ſorte Manaſſe.

A Therſa ad orientem, in via quę ducit ad Iordanem, eſt terra Taphue, ſex diſtãs à Therſa leucis, & eſt quoq; de ſorte Manaſſe. A Samaria contra Auſtrum

*Alij, Gelim.

Samaria.

Therſa

Auſtrum iuxta viam quæ ducit Sichem ſunt duæ leucæ ad Bethel in alto monte ſitã,in quo Ierobo am filius Nabat poſuit vnũ de vitulis aureis,qui bus peccare fecit Iſrael. Inde ad mediam leucam verſus ſiniſtrã,eſt mons alius nomine Dan,ſupra ciuitatem Sichem, in quo ſecũdum quoſdã alius vitulus aureus poſitus fuit.Diuus vero Hierony mus putat eum cõſtitutum fuiſſe in ciuitate Dan quæ nunc Belenas & Cæſarea Philippi vocatur. Inter iſtos duos montes ſita eſt ciuitas Sichem, quę hodie Neapolis vocatur, amœnitate & deli-tijs nullo loco inferior. Haud longe à porta eius Auſtrali eſt fons Iacob in via quæ ducit Hieruſa-lem,vbi Dñs ſedens ſuper puteum,potum poſtu lauit â muliere Samaritana. Supra fontem iſtum ad dexterã eſt mons excelſus habens duo capita, quorum vnus eſt mons Garizim, alius mons E-bal, de quibus in Deuteronomio legimus. Ad ſi-niſtram vero fontis huius ſunt ruinæ magni op-pidi,vbi cernuntur lapides marmorei,& integrę quędã columnæ,aliaq; magnorum & collapſorũ palatiorum indicia. Locus quoq; ipſe mirum in modum eſt fertilis,& ſolum fœcundum. Diſtat ab his ruinis Neapolis vno ſtadio, putoque fuiſ-ſe oppidum Thebes. Huic fonti adiacet prædi-um quod dedit Iacob filio ſuo Ioſeph, vallis ſci-licet quædam longa & fertilis. A Sichem nume rantur quatuor leucæ contra Auſtrum ad Lem-nam, caſale valde pulchrum, ſitum iuxta viam ad dexteram, quæ ducit Hieruſalem. Eſt & alia Lemna,ciuitas in tribu Iuda,hęc autẽ eſt in tribu Ephraim. A Lemna eundo contra Auſtrum ſunt quatuor leucæ ad oppidũ Magnas noĩe, q̃d fuit terminus Auſtralis tribus Ephraim, hodie vero dicitur Bira, & eſt de dominio militiæ templi.

Bethel. Dan. Sichem Lemna. Magnas.

A Magnis verſus Auſtrū eſt vna leuca ad Gabaa
Gabaa Saulis, vbi oppreſſa fuit vxor Leuitæ, & ob faci-
nus illud ferè tota tribus Bēiamin deleta, vbi &
Saul filius Kiſch primus rex Iſrael natus fuit. A
Gabaa euntibus vna leuca cōtra Auſtrum occur
Rama rit Rama ciuitas, ſed q̄ hodie eſt villa, ſita in mō-
te ad ſiniſtrā itineris ducentis in Ieruſalem. Hinc
tres ſunt leucę eundo contra Auſtrum ad ciuitatē
Ieroſolymitanā. de qua infra. Hic vero reuertar
ad Sichem, & deſcribā iter quod ab ea ducit ver-
ſus orientem. Itaque à Sichem verſus orientem
ad Iordanem procedendo, quatuor ſunt leucę ad
Ennon Ennon oppidum bene munitum atque optimis
abundans terræ naſcentibus, fuit autem de ſorte
Ephraim. Ab Ennon contra orientem quatuor
ſunt leucę ad Phaſellum caſale, ſitum in deſcenſu
montis Ephraim, tribus leucis à Iordane in cam
peſtribus, vbi torrens Charith deſcendit de mō-
te, in quo loco manſit Elias, quādo corui ei defe-
rebāt cibum mane & veſpere. Sunt & aliæ villę
in terra ſancta, q̄ Rama vocātur, vna iuxta The-
cuam in via qua itur in Hebron, alia in tribu Ne-
ptalim non longe à caſali Sephet, tertia in Silo.
Et omnes iſtæ villę iacent in collibus excelſis: nā
Rama excelſum interpretatur. A Phaſello ad ſini
ſtram vna leuca verſus terrā Taphue, eſt caſtrum
Dooch Dooch, vbi Tholomus filius Abochi inſidioſe ce
pit Simonem Machabęum. In loco iſto conſpi-
citur terra Galaad, & duarum tribuum atque di-
midiæ, terra Eſebon & montana Moab, mons
Abarim & Phaſga atque Nebo: & deſcenditur
hinc in campeſtria Iordanis, quæ loca ſunt plana
vſque in Iericho, & vltra per totum deſcenſum
Iordanis vſque ad mare Salinarum. Sciendum
ętiam quod ab ortu Iordanis ſub monte Libano
vſque

vſq; ad deſertum Pharan per centum ferè milia-ria, Iordanis ipſe in vtraq; ripa campos habet latos, & amœnos atq; prata virentia, poſitis hinc inde altiſſimis montibus, in quos hæc arua deſinunt, qui & vſq; ad mare mortuum iuxta Iordanis riuum protenduntur. De Phaſello contra Auſtrum quinq; ſunt leucę vſq; ad Galgalam, vbi filij Iſrael tranſito Iordane longo tempore ſunt caſtrametati. A Galgalis ſi verſus Iericho vadas, habes ad dexteram montem Quarentanã dictũ, diſtantem media leuca à Galgalis, vbi ſcilicet dominus quadraginta diebus & noctibus ieiunauit. Eſt mons ille altus, et aſcenſu difficilis, habẽs ab vno latere fontem, cuius aquas amaras ſanauit & dulcorauit Eliſęus, cuius aquæ fluũt iuxta locum Galgalę à parte Auſtrali, & illico in tãtũ ſuccreſcunt, vt impellant rotas molares, ſed poſtea in riuos ſecretę, hortos & prata irrigant. A Galgala dimidia leuca contra Auſtrum eſt vallis Achor, vbi lapidatus fuit Achan ob furtum anathematis. Item à Galgala per vnam leucam contra orientem eſt ſita Iericho, ciuitas olim famoſa, nunc autem habet octo domos, vix nomen villę ſortita. A Iericho per duas leucas verſus Iordanem eſt ſacellum extructum in honorẽ ſancti Ioannis baptiſtæ, vbi putatur dominus ab eo baptizatus: alij vero id factum putant in Salim. A Iericho ſunt duę leucę verſus mare mortuũ ad Bethagla, vbi filij Iſrael planxerũt patrem ſuum Iacob defunctum, quando eum tulerunt de Aegypto, & diſtat vna leuca à Iordane. A Iericho tres numerantur leucę ad mare mortuum, quod eſt locus aſphalti ſeu bituminis, quod etiam mare ſalis nominatur, diuiditq; Arabiam à Iudæa, & terminantur ad eius littora terra Moab & Am-

Galgala.

Quarentana.

Achor

Iericho

mon, itemq; mons Seir, de quibus ſupra mentionem fecimus. Circa medium eius, in littore orientali oſtēditur caſtrum Mozera, quod olim Petra deſerti vocabatur, nunc vero Crack dicitur, munitum apprime, quod Balduinus rex Ieroſolymitanus reſtaurauit, vt regnum illud ampliaret, ſed à Soldano nunc tenetur, qui in eo reponit theſaurum totius Ægypti & Arabiæ. A Crack duę numerantur leucæ (ſecundum aliud exēplar, duę dię tæ) ad Areopolim eundo verſus Vulturnum, quæ nunc Petra dicitur, & eſt metropolis totius Arabię ſecundę. Olim vero Ar vocata eſt ſita in torrente Arnon, in confinio Moabitarum, Ammonitarum & Amorreorū. In eodem littore eſt locus vbi Balaam ductus fuit in montana Moab, vt malediceret filijs Iſrael. A Iericho. 5. ſunt leucę contra Auſtrum ad oppidum Segor, ſub monte Engaddi poſitum, inter quē montem & mare mortuū eſt ſtatua ſalis, in quā vxor Lot fuit conuerſa: pro qua videnda, multū ſubij laboris, ſed incaſſum: nam auerterunt me Saraceni, dicentes locū nō carere periculo propter ſerpentes vermes, & feroces beſtias ibi habitantes, ſed poſtea cōperi rem nō ita ſe habere. Et nota ꝙ mare mortuū ab oriēte in occidentē, quæ eſt latitudo eius, habet quinque leucas: in longitudine vero, quę eſt ab Aquilone ad Auſtrū, habet quinq; dietas, vt mihi Saraceni retulerunt. Alij tamen aliā aſſignauerunt longitudinē. Scribit patriarcha Ieroſolymitanus, qui ſępe locū illū inuiſit, mare illud ſemper fumum reddere & nebulā in modū camini infernalis: vnde tota illa vallis, quę aliqn̄ ob ſui fœcunditatem & amœnitatem illuſtris dicta fuit, ad ſpacium dimidię diætæ ſterilis & inutilis reddita eſt, ita vt nec vllum germen proferat ferè

Crack

Segor.

Mare mortuum.

rat ferè per ſpacium quinq; leucarum, niſi iuxta ciuitatem Iericho, vbi horti irrigãtur à fonte Eliſçi. A dextris & ſiniſtris huius maris, montes ſteriles & aridi cernuntur: nam quocunq; vapor à mari illo aſcendens impellitur, ibi terrę naſcentia non ſecus q̃ ſi à pruina fuiſſent tacta emoriuntur. In quo diſtrictum dei iudiciũ nobis ob oculos ponitur, qui tam ſeuere grandia illa Sodomorum peccata vſq; in hodiernum diem nõ deſinit punire. Nec niſi viſa hic ſcribo. Dixerunt mihi Saraceni, Iordanem ingredi mare mortuum, & rurſum egredi, ſed poſt exiguum interuallum à terra abſorberi: Excreſcit interdum mare illud ex reſolutione niuium de Libano & pluuijs cadentibus in Galilęa, in monte Galaad, terra Moab, Ammon & Seir, quę aquę omnes in Iordane confluunt, & in mare mortuum emittuntur. Inuenitur in eo bitumen, collectum de fundo eius, quod agitante vẽto ſibijpſi cohęret, & littori appulſum in magna legitur quãtitate. Eſt autẽ medicinale & durum, nec reſolui poteſt, niſi in ſanguine menſtruo, appellatq; gluten Iudaicum, & ab eo lacus ille lacus aſphalti, id eſt, bituminis appellatur. De quo in Geneſi ita legimus, Vallis ſylueſtris, quę nũc eſt mare ſalis, habebat puteos multos bituminis. Hi putei vſq; in hodiernum diẽ cernũtur in littore eius, habẽtes ſinguli pyramides erectas, id quod oculis meis vidi. Et tãtũ de iſto mari. A Galgala. 3. numerãtur leucę ſimiliter à fonte Eliſçi cõtra Aqlonẽ à latere Septẽtrionali mõtis Quarẽtanæ ad ciuitatẽ Hai, quã expugnauit Ioſue. Ab Hai ferè vna leuca cõtra Aqlonẽ eſt Bethel ciuitas, quæ olĩ Luza dicebãt in tribu Bẽiamin, vbi Iacob in oriẽtem à facie fratris ſui Eſau fugiẽs dormiuit, & ſuppoſito capiti ſuo lapide

Iordanis exinanitio

Aſphaltũ

Bethel

lapide, vidit in ſomnis ſcalā ſtantem ſuper terrā, & cacumine ſuo cœlos tangentem: vbi & erexit lapidem in titulum, vocauitq; nomen loci illius Bethel. Et hic erāt hi qui dicūt hæc Ieroſolymis facta. Oſtēditur autem adhuc iuxta Bethel lapis ille in titulum erectus, vnà cum ſepulchro Debo ræ nutricis Rebeccæ. A Bethel vna eſt leuca eun do contra Aquilonem verſus Rama, quę Silo di

Silo citur, ad palmam Deborę vxoris Lapidoth, quę indicauit Iſrael, & miſit Barach ad pugnandum cōtra Siſarā in monte Thabor. A Bethel p duas leucas nō longe â Rama Beniamin, eſt Anatoth viculus ſacerdotum, de quo Ieremias propheta fuit oriundus. Iuxta Anatoth inter orientem & Auſtrum incipit deſertum illud quod eſt inter Ie ruſalem & Iericho, quod nunc deſertum Quaren tanę dicitur, & extenditur vſque ad mare Gali lęæ, & vſq; ad deſertum Thecuæ & Engaddi iu xta mare mortuum. A Segor ſupra mare mortu

Engaddi um ad vnā leucam eſt aſcenſus montis Engaddi vbi Dauid aliquando latitauit, quum â Saul ho ſtili animo quęreretur. Ibi quoq; in circuitu mō tis fuit hortus Balſami. Sed tempore Herodis magni Cleopatra regina Aegypti, in odium ip ſius Herodis annuente Antonio, tranſtulit illum in Babylonem Aegypti. Sub Engaddi iuxta ma re mortuum ſunt arbores pulcherrimæ, ſed fru ctus earum quando decerpuntur, intus fauilla et cinere pleni inueniuntur. Montes Engaddi ſunt valde alti, mirabilem præ ſe ferētes diſpoſitionē nam habent tam pręruptas rupes caſum minan tes in valles ſubiectas, vt videntibus & tranſeū tibus timorem & terrorem incutiant. A Iericho quatuor ſunt leucę contra occidentem, via quæ ducit Ieroſolymā ad ſiniſtrā Quarentanæ, ad ca

ſtrum

ſtrum Adumim, vbi ſcilicet ille qui deſcendebat de Ieruſalem in Iericho, incidit in latrones: id q̃d his temporibus adhuc multis contingit, & ob id ab effuſione ſanguinis frequenti nomen acce‑pit. Eſt locus ipſe viſu horribilis, & periculoſus valde, nec quiſquã eum audet pertranſire ſine cõ‑ductu. Ab Adumim vña leuca contra occidentẽ eſt Bahurim de tribu Beniamin, de quo fuit Se‑mei filius Iemini qui maledixit Dauid, & eſt ca‑ſtrum pulchrum in monte alto ſitum. De Bahu‑rim contra occidentem ad duos iactus arcus eſt Bethania, caſtellum Marthę & Mariæ, vbi pere‑grinis adhuc oſtenditur domus Simeonis lepro‑ſi, & ſepulchrum Lazari, in quo reſuſcitatus fuit à domino, tectũ lapide marmoreo, in quod ego vt reliqui deſcendi. Recedendo à Bethania non videri poteſt Ieruſalem ob interpoſitum montẽ Oliueti, ſed cõnſcenſo quodam terrę tumore, vi‑detur pars quędã ciuitatis vnà cum monte Sion

Adumim.

Bahurim.

Bethania.

Deſcriptio ciuitatis Ieroſolymitanę.

IEruſalem itaq; ciuitas dei ſummi, de qua dicta ſunt glorioſa, poſita eſt in terra montoſa: mon‑tes enim ſunt in circuitu eius, habetq; in circuitu terrã fertilẽ & bonã, præterquã ad orientem & verſus Iordanem. Diſtat ab Acone triginta ſex leucis, quę ſcilicet eſt contra Aquilonem: à Seba‑ſte vero ſiue Samaria diſtat ſedecim leucis: à Si‑chem octo, et à Nazareth viginti ſeptem. Et hęc loca omnia ſunt verſus Aquilonẽ. A Ioppe ve‑ro diſtat octo leucis inter occidentem & Aqui‑lonem, à Iericho ſeptem verſus orientem, à Beth leẽ duabus, ab Hebron octo, & hę ciuitates ſunt ad Auſtrum. Poſita eſt itaq; hęc vi bs ab Auſtro in latere montis Sion, & ab occidente habet mõ tem Gion, nec eſt hodie ſitus eius mutatus vt ali

qui ſabu

qui fabulantur,quum ob locorum munitionem transferri non poſſit à priſtino ſitu.Eſt quidē nō nihil ampliata in latum,ſed non in longum, quū à parte arcis & montis Sion extendi non poſſit, ſiquidem mons ille ſupereminet, intra muros ta men ciuitatis concluſus,ampliſſimus , qui per ſe ferè ciuitati fundum pręſtare poſſet : nam initiū ſumit à portu aquarum ſiue fontis Silohę verſus orientem,& ſuo tractu per meridiem vſq; ad oc cidentem ferè ſemicirculum deſcribit , rupe præ rupta ſemicirculum hunc cingente & conſolidā te. Cōcauitas vero huius ſemicirculi quum ver ſus ciuitatem exinanita eſſet , vt non commodū fundamentum caſtro eſſe potuerit,plurimum ne gocij priſcis regibus fecit , quouſq; oppleretur.

Mōs Sion

Turris Dauid.

Porrò à parte occidentis vbi iugum montis ini tiū ſumere diximus,ſita eſt turris Dauid in quo dam colle ipſius pręruptę rupis,habebatq; à ter go voraginē quandā quæ venit à parte Auſtrali mōtis Sion,& in huius turris angulo ſe reflectēs gyrabat verſus oriētē,diuidebaturq; in duas val les profundas,quarū vna vergit ad Aquilonem, altera ad orientē,aliū ſcilicet conſtituētes angulū oppoſitū illi angulo,cui innititur turris Dauid. Proinde vallis quę à turri Dauid deſcendebat cō tra latus Aquilonare mōtis Sion vſq; ad montē Moria,& reflectitur in orientē,ſeparabat montē Moria,in quo fuit tēplū,à monte Sion,& totam inferiorē ciuitatē,extēdebaturq; vſq; ad torren tem Cedron,per locū vbi nunc eſt porta aquarū inter mōtē Sion & palatiū Salomonis,quod ędi ficatū fuit in parte Auſtrali mōtis Moria,& hoc pacto cingebat vorago illa ex omni parte mon tem Sion,& hęc erat ciuitas Dauid . Verum nūc vorago ipſa tota repleta eſt , relictis tn̄ veſtigijs

Mons Moria

prioris

prioris concauitatis. Altera vero vorago ſeu val
lis quę ab iſta iuxta turrim Dauid diuidebatur,
procedebat verſus Aquilonē, faciebatq; foſſam
ciuitatis iuxta lōgitudinē eius vſq; ad plagā Aq
lonis: & ſuper eā erat intrinſecus rupes eminēs,
quā Ioſephus Arrā appellat, quæ ſuſtinebat mu
rū ciuitatis ſuperpoſitū, cingentē ab occidēte ci
uitatē vſq; ad portā Ephraim, vbi curuat contra
oriētē vſq; ad portā anguli, quę in angulo ciuita
tis cōſtituta erat cōtra angulū Aquilonis & ori
entis: & ibi rurſus curuabatur ab Aquilone per
orientē contra Auſtrū extra areā tēpli, includens
illā & domū regis atq; portā fontis ſiue aquarū
iuxta montē Sion. Et iſte totius ciuitatis erat am
bitus. Rupes autē illa ſuper quā ex parte occidē
tis erat extruct9 murus ciuitatis, erat valde emi
nens, pręſertim in angulo, vbi occidentalis muri
pars connectebatur Aquilonari, vbi & turris
Nebloſa dicta, erecta erat, & propugnaculum Nebloſa.
valde firmum, cuius ruinæ adhuc viſuntur: vnde
tota Arabia, Iordanis, mare mortuū, & alia plu
rima loca ſereno cœlo videri poſſunt. Ab hac ru
pe ex parte occidentis decliuis pendebat ciuitas,
nunc paulatim ſeſe inclinans, & rurſum ſenſim
erigens vſque ad murum orientalem qui erat ſu
per torrentem Cedron, vbi ciuitas ipſa contin
gebat littus fluminis, habens illic portam, quæ
dicebatur porta ſterquilinij, eo quod per eam
ſordes ciuitatis defluebant in memoratum tor
rentem. Extra vallem quæ eſt à parte occi
dentis, fuit DOMINVS crucifixus: & poſt
paſſionem ſuam vorago illa fuit terra repleta,
& longo poſt tempore ciuitas muro alio fuit
cincta à turri Dauid vſque ad portam Ephra
im, quæ nunc beati Stephani nominatur.

Ab occi

Ab occidente vero rupes illa quæ erat pars mon-
tis Gion, qui in altum contra occidentem ſurge-
bat, ſupeminebat vrbi, ſicq; tota ciuitas ab iſtis
duobus montibus quaſi in decliui pendebat.
Mons Moria, in quo templum domini & pala-
tium regis ædificata erant, aliquantulum altior
erat ciuitate, ſed per Romanos cõplanatus fuit
mons ille, & miſſus in torrentem Cedron cum
omnibus ruinis templi & atriorum, id quod ho
die aperte videri poteſt. Area autem templi qua-
drata eſt, habens in longitudine & latitudine ia-
ctum arcus, & aliquid plus ſpatij, et templum in
ea nunc ædificatum adhęret fere muro ciuitatis,
quum vetus templum longe ab eo diſſitum fue
rit, quippe quatuor atrijs interpoſitis, nec modo
diſtat à muro torrentis Cedron vltra triginta pe
des. Ab area templi contra Aquilonem, quantus
ſcilicet eſt iactus lapidis, eſt porta vallis quę du-
cit in vallem Ioſaphat: & hęc etiam vocatur por
ta gregis, q͞ per eam introducebantur greges im
molandi in templo. Proinde intrãtibus portam
vallis ſeu gregis, ad ſiniſtrã occurrit piſcina pro-
batica, in qua Nathinnei lauabant hoſtias, quas
tradebant ſacerdotibus in templo offerendas: &
hęc duas porticus habuiſſe oſtenditur, in quib⁹
ſecundum Ioannem iacebant infirmi, aquæ mo-
tum expectantes. Ad dextrã vero oſtenditur alia
piſcina grandis, quæ dicebatur piſcina interior,
facta ab Ezechia: nam obturans ſuperiorem fon
tem aquarum Gion, auertit aquas eius, direxitq;
verſus occidentem vrbis Dauid, incidens ferro
petram per vallem quam paulò ſuperius cõme-
morauimus, introduxit aquas per medium ciui-
tatis in piſcinam iſtam, ne populus in obſidione
poſitus aquę penuria laboraret, fontẽ vero aqua
rum

Mons Moria.

Piſcina probatica.

rium Gion,qui non longe diſtabat ab agro fullo-nis,duxit in ſuperiorē piſcinā, quę eſt ſuper natatoria Silohæ.Et hęc quidē Achaz incepit,ſed nō perfecit.De hac piſcina & hoc fonte atq; eius ſitu loquitur Iſaias:Egredere ad extremū aquęductus piſcinę ſuperioris in via agri fullonis.Dicitē autē piſcina ſuperior reſpectu natatoriæ Silohæ, quę tanquā inferior recipit aquas de fonte Silohæ.Et ne erres in his piſcinis, aduerte ꝙ prima & pręcipua piſcina in Ieruſalē erat piſcina probatica,duas habens porticus,quā Salomon fecit pro miniſterio tēpli.Secunda fuit iuxta illā cōtra Aquilonē,dictā interior, quā fecit Ezechias, vt dictum eſt.Tertia natatoria Silohæ,quę erat ſub monte Oliueti, & ſub monte Sion, prope agrū Hakeldemah,habebatq; aquam de fonte Silohæ quā Ezechias quoq; fecit. Quarta erat ſuperior piſcina,de qua dictū eſt,quā Ezechias etiā fecit Et hęc non fuit in ciuitate,vt quidā ſentire videtur,quū ciuitas ipſa altior fuerit origine eius, de qua hęc piſcina ſuas hauriebat aquas, nempe de fonte Silohæ,& de fonte inferiori aquarū Gion.

Vallis Ioſaphat cingebat ciuitatē ex parte orientis,ſub monte Oliueti deſcendens:& quāuis adhuc ſit profunda,multū tamē eſt impleta.Romani enim,vt dicit Ioſephus,ab illa parte ciuitatem oppugnātes,inciſis oliuis & alĳs arboribus atq; aggeribus inde factis,eam impleuerunt. Sed & poſtea capta ciuitate,Ælius Adrianus iuſſit ruinas atriorum & templi proĳci in torrentem Cedron atq; complanari montem Moria,& ciuitatem aſpergi ſale,quę vſq; in hunc diē oculariter videntur facta. Sepulchrum virginis glorioſæ oſtenditur in valle Ioſaphat,non in ima eius profunditate,ſed in pede montis Oliueti, & in edi-

Vallis Ioſaphat

Sepulchrū Mariæ.

tiori loco q̃ ſit ipſa vallis, quod ante ſubuerſio-
nem ciuitatis extra terrã eminebat: nũc vero eſt
ſub terra, vnà cum eccleſia circum ſepulchrũ ex-
tructa. Non longe ab hoc loco oſtenditur alia ec-
Gethſe-mani cleſia, vbi fuit hortus Gethſemani, quem domi-
nus oraturus ante paſſionem ſuã intrauit, iuxta
montem Olueti cuidã rupi cõcauę adhęrẽs, ſub
qua diſcipuli ſediſſe memorantur, quũ ipſe ora-
ret ad patrem. Sub monte Sion contra regiã Sa-
lomonis in occidentali latere vallis Ioſaphat eſt
fons Silohæ, à quo per aquęductum deriuatur a-
qua in piſcinã ſuperiorem & in natatoriã Silohę
non ſemper, ſed quãdo inundat aquis. Porrô am
bæ piſcinę ſunt in pede montis Sion. Suſcipiunt
quoq; hę piſcinę aquas de fonte Gion inferiore,
qui oritur ſub agro fullonis. Iuxta has piſcinas
ad iactum lapidis vltra vallem ad plagã Auſtra-
Hakelde-mah. lem eſt ager Hakeldemah, emptus triginta argẽ-
teis illis, quibus Iudas dominum vẽdidit, depu-
tatus in ſepulturã peregrinorum. Infra piſcinas
iſtas & agrum Hakeldemah contra orientẽ, fluit
Cedron torrens Cedron, colligunturq; in ipſum omnes
aquæ, q̃ tẽpore pluuiarũ in altiora quęq; loca cir
cum adiacentia ab aẽre deſcendunt. Non longe à
ſepulchro virginis benedictæ auditur ſtrepitus
eius ſub terra ad locum iſtum properantis: auge-
ſcit quoq; ex aquis quę fluunt ex memoratis pi-
Gehẽnon. ſcinis, & defertur in vallẽ Gehennon, quę etiam
locus Tophet vocatur, vbi eſt fons Rogel, lapis
Zoeleth, & vbi Adonias fecit conuiuium, quũ
regnare inſtituiſſet. Ibi quoq; Iſaias ſepultus di-
citur, ſerra prius iuxta fontem Silohę ſectus. Sũt
hęc loca amœniſſima, delicijs plena, viridarijs &
hortis conſita, irrigante ea torrẽte Cedron. Sub
hunc locum eſt mons offenſionis, vbi fuit lucus
ille de-

ille deteſtabilis, in quo inſani homines traijcie-
bant filios ſuos per ignem, offerentes eos dęmo-
nijs. Et hęc de forinſecis locis ciuitatis Ieroſoly-
mitanę dicta ſufficiant. Nunc etiã quędã perſtrin
gemus breui ſermone, quę intra mœnia eiuſdem
vrbis continentur. Et quidem eccleſiæ ſepulchri
dominici principatum concedimus: hęc rotũda
eſt, habetq́ in medio aperturã rotundã, ſub qua
ſepulchrum dominicum ſub diuo conſiſtit nul-
lo tectum imbricamento. Spelunca ſepulchrum
domini continens, habet in longum aliquot pe-
des, foris quidem marmore tecta, intus vero ad-
huc nuda conſpicitur, ſicut tẽpore paſſionis fuit.
Oſtium quod ducit in hanc ſpeluncam, ponitur
ab oriente, & eſt valde paruum. Et quum ingreſ-
ſus fueris ſpeluncam, ſepulchrum ponitur ad de-
xtram; hoc eſt, ad parietem ſpeluncę Septentrio-
nalem, factum de marmore griſei coloris, habẽs
in longitudine octo pedes, ſicut et ſpelunca ipſa:
nec eſt in crypta illa lumen aliquod cœleſte, ſed
lampades aliquę accẽſę reddunt eã illuſtrẽ. Et no
ta ꝙ ante ſpeluncã dñici ſepulchri eſt alia crypta
eiuſdẽ magnitudinis et figurę, ſolo pariete inter-
medio à priori ſegregata, & ad hãc primo deſcẽ
ditur, deinde per oſtium intermedij parietis ve-
nitur in ſpeluncã dominici ſepulchri: & oſtium
illud fuit clauſum, quãdo mulieres tẽpore reſur-
rectionis dominicę dicebant, Quis nobis reuol
uet lapidem ab oſtio monumenti? Mons calua-
rię, in quo Dominus crucifixus eſt, diſtat à loco
ſepulchri centum & octo pedibus, & eſt aſcen-
ſus à ſuperficie pauimenti eccleſiæ ad locum vbi
crux rupi infixa fuit, viginti octo pedum. In
ea rupe adhuc apparet ſciſſura, in morte DO-
MINI facta. A Caluaria per decem pedes

Sepulchrũ dominicũ

Caluariæ locus.

oſtẽditur pars columnæ, in qua Chriſtus fuit fla
gellatus, illuc ex domo Pilati translata. Non lon-
ge ab hoc loco deſcenditur per. 47. gradus ad lo-
cum, vbi Helena inuenit crucẽ dñi defoſſam. De
Ierufalem deſcriptio magnitudine huius vrbis ſcribit dñs Iacob⁹ pa-
triarcha Ieroſolymitanus in libro quẽ de terra
ſancta compoſuit in hunc modum: Eſt ſæpe no-
minata & ſępius nominãda ciuitas ſecundũ om
nes eius partes in monte ſublimi ſita, muro vali-
do vndiq; cincta, nec nimia paruitate anguſta,
nec magnitudine cuiquã faſtidioſa. A muro nan-
que vſq; ad murũ habet diſtantiã, quantũ iacere
poteſt arcus, habens inſuper à parte occidentali
munitionẽ ex lapidibus quadris, ferro & plum-
bo indiſſolubiliter compaginatã, quę ab vno la-
tere ciuitati eſt pro muro, appellaturq; turris Da
uid. Ipſa tamen eadẽ eſt, quę à quibuſdã Antoni-
na dicitur, habetq; mõtẽ Sion ab Auſtro, in quo
Dauid ſibi habitaculũ fecit, in quo etiã cum alijs
regibus Iuda ſepultus eſt, & eam appellauit ciui
tatẽ Dauid. Mons autẽ Caluariæ, in quo dñs cru
cifixus eſt, à parte occidẽtis erat extra murũ ciui-
tatis: ſed Ælius Adrianus ipſam per Titũ & Ve
ſpaſianũ omnino deſtructã reparauit, et adeo am
pliauit, vt locũ crucifixionis & ſepulturę domi-
nicę intra murorũ ambitũ comprehenderit. Ha-
Octo portæ ctenus ille. Nunc de portis eius. Prima erat por-
ta Dauid, quę erat in latere montis Sion contra
I. occidentem, vbi erat angulus ciuitatis inferioris
oppoſitus turri Dauid, in loco ſcilicet vbi duæ
voragines ab vna naſcebantur, vna ad Aquilo-
nem, & altera ad orientem vergente: vbi et teſtu
do facta eſt vltra vallem vnam, per quam à por-
ta illa erat exitus & introitus. Ad dexteram hu-
ius teſtudinis Iudas in ſycomoro quadã laqueo
ſe ſuſpẽ-

ſe ſuſpendit. Iſta quoq; porta dicebatur porta piſcium, quia per eam erat via ad Ioppen & ad alia loca maritima vnde piſces inferebantur. Dicebatur quoq; porta negociatorum, quia per eā erat via in Bethleem, Hebron, Gazam, Aegyptum & Aethiopiam. Nam ducebat ad agrum Fullonis iuxta montem Gion, vbi à ſiniſtris ibatur in Hebron, à dextra vero verſus Ioppen. Et hęc eadem via poſt modicum interuallum iterum diuidebatur: nam ad ſiniſtram ducebat in vallē Raphaim ſub caſtro Bethſura verſus Philiſtijm & Gazam, et inde in Aegyptum atq; Aethiopiam vnde negociatores merces varias adducebant. Et ad dextram ducebat in Emaus, Ramatha & Ioppen contra occidentem ad mare mediterraneum. Secunda porta ab iſta, fuit in eadem parte muri, reſpiciens etiam ad occidentem, & partim ad Aquilonem, vocaturq; Iebus à Iebuſęis, et Iudiciaria, quia extra eam fiebat iudiciorum exequutio. Vnde & extra eam fuit dominus crucifixus. Huius portę veſtigia adhuc apparent in muro veteri ciuitatis. In nouo vero muro, qui includit ſepulchrum domini, reſpondet ei porta eodē nomine appellata, ducēs in Silo & Gabaon. Tertia porta ab iſta, eſt contra Aquilonem, vocaturque porta Ephraim et porta ſancti Stephani, qui extra eam lapidatus fuit: & hęc ducit in Sichē, Samariam & Galilęā. Quarta ab iſta eſt contra orientem in angulo ciuitatis iuxta torrentē Cedrō, dicta porta Anguli, quia in angulo ciuitatis ſita erat. Dicta quoque eſt porta Beniamin, quia per eā fuit via in Anathoth, Bethel, in deſertū & ad ciuitates alias tribus Beniamin. Quinta porta erat cōtra Auſtrū ab iſta, dicta porta Sterquilinij quia per eā deferebāt aquę pluuiales ſordes ciuitatis in

Porta piſciū

tatis in torrentem Cedron. Sexta porta ſimiliter reſpiciebat Auſtrum, & poſita erat iuxta torrentem Cedron, dicta porta Gregis, quia per eam introducebantur greges immolandi in templum, eratque probatica piſcina haud longe ab ea. Dicta quoq; fuit porta Vallis, quia per eã ducebat via in vallẽ Ioſaphat: & porta fontis draconis, à fonte illo ſic denominata. Septima erat porta aurea ſuper torrentem quoq; Cedron poſita, & Auſtrum reſpiciens, quę magis erat porta templi q̃ ciuitatis, quia ducebat per compendiũ ad montẽ Olíueti. Octaua quoq; poſita fuit ſup torrentẽ Cedron verſus Auſtrũ, ſita inter montẽ Sion et montẽ tẽpli, dicebaturq; porta Aquarum, quia ducebat ad fontẽ & natatoria Silohæ in vallem Gehennon.

Montes circa Hieruſalem.

Mons Oliueti. AB orientali parte ciuitatis eſt mons Olíueti, altior cæteris circũiacentibus montibus. In eius ſummitate eſt eccleſia cõſtructa, in loco vbi dñs aſcendit in cœlũ. Ad auſtrum eſt mons offenſionis, vbi ſcilicet Salomon tẽplum poſuit idolo Moloch. Subter eũ eſt locus Tophet ſiue Gehennon. Inter orientẽ & Auſtrum eſt ager Hakeldemah, habens à tergo mõtẽ mediocriter ſublimẽ, qui eodẽ appellatur noĩe. Porrò ab occidente adhęret ei ager Fullonis, qui ab occidente terminatur in montem Gion. Et hic mons ab occidente imminet ciuitati, ſed ſenſim decreſcit verſus portã iudiciariã. Vltra torrentẽ Cedron in latere Aquilonari montis Olíueti eſt mons alius altus, quatuor ſtadijs à Ieruſalẽ diſtans, vbi Salomon idolo Moabitarũ noĩe Chamos tẽplũ cõſtruxit & vbi tẽpore Machabęorũ ædificatũ fuit caſtrũ, cuius indicia adhuc hodie ibi cernũtur. Duabus

Mons Scãdali.

Mõs Giõ

leucis

leucis à Ieruſalẽ, in angulo qui eſt inter occidentem & Septentrionẽ, eſt mons Silo, qui nunc ad ſanctũ Samuelẽ dicitur, vbi fuit arca dñi lõgo tẽpore, & tabernaculũ fœderis, quod fecerat Moſes in deſerto. Hinc per vnã leucã eſt Gabaon ciuitas in tribu Beniamin, & in eodẽ monte ſita: vnde erant Gabaonitæ, qui funibus in collũ miſſis, venerunt ad Iosue, fraudulenter cũ eo fœdus ineuntes. A Ieruſalẽ decẽ numerãtur leucę cõtra occidentẽ ad caſtellũ Emaus, vbi dñs in fractione panis cognitus eſt à diſcipulis. Is locus hodie Nicopolis dicitur. A Ieruſalẽ duę ſunt leucę contra occidẽtem ad Bethoron inferiorẽ, de qua fit mentio in libro Ioſue. A Ieruſalẽ contra occidentem quatuor ſunt leucæ & dimidia ad Cariath Iarim, quę vna fuit de vrbib⁹ Gabaonitarũ, vbi arca domini viginti annis mãſit, poſtquã à Philiſtęorum terra fuit reducta. A Cariath Iarim ferè ad occidentem eſt Lachis, etiã vna ex vrbibus Gabaonitarũ, quã obſedit Sennacherib tempore Ezechiæ. De Cariath Iarim ſi duabus leucis contra Auſtrum procedas, occurrit Bethſames oppidũ, ad quod vaccę duxerunt arcã dei tẽpore meſſis triticeæ, vbi plurimi mortui ſunt q̃ arcam dei nudã viderũt. A Ieruſalẽ decẽ leucis verſus occidentẽ eſt Ramatha Sophim, quę partim erat de tribu Beniamin, & partim de tribu Iuda ſita tamen in monte Ephraim. Dicta quoq; fuit Aramathia, de qua fuit Ioſeph nobilis decurio, qui ſepulturæ Domini interfuit. Hinc quoq; Samuel propheta oriundus fuit, ibique ſepultus & vocatur hodie Ramula. A Ramula verſus occidentem tres ſunt leucę ad Ioppen ciuitatem, vbi Ionas nauim intrauit, cupiens fugere à facie domini in Tharſis, hoc eſt, ad inſulas maris.

Mõs Silo. Gabaon. Emaus. Bethoron. Cariath Iarim. Lachis. Bethſames. Ramatha. Ioppe.

Porrò ad Bethleem ciuitatem Dauid ad Auſtrū ſitā, tres ſunt leucæ, in cuius ſiniſtra parte eſt via quę ducit in Hebrō, in qua viatori quoq; occurrit ſi parum ad dextrā declinet, ſepulchrum Rachelis, cui pyramis pulchra imminet à Iacob in titulum monumenti extructa: eſt Bethleem ſita in colle arto & oblongo, habens in occidente & in decliui loco collis ingreſſum, vbi etiam eſt ciſterna iuxta portam, de qua Dauid bibere deſiderauit, quum eſſet in prędidio. In extremitate vero orientali ſub rupe quadam, quę erat iuxta murum ciuitatis, fuit ſecundum morem illius terræ locus pro ſtabulo, habens præſepe in rupe exciſum, vbi mundi ſaluator de virgine natus & reclinatus fuit, quum locus alius cōmodior in diuerſorio non eſſet q̃ pręſepe, in quod mundi creator & redemptor reponeretur. Hic hodie ſacellum eſt extructum nobiliſſimum, ſtratum marmore, & marmoreis erectum columnis, vt vix hodie inueniri poſſit locus ſacer illo pulchrior, vt etiam Sultanus tentarit hinc aſportare columnas & alia cruſta marmorea quibus parietes nitent, ad decorandum palatium ſuum Babylonicum: ſed ſerpente ſubito apparente, & terrorem incutiente, deſiſtere coactus eſt à concepto propoſito. Videntur quoq; iuxta hanc eccleſiam indicia quędam monaſterij, in quo lectus & ſepulchrum diui Hieronymi peregrinis oſtenditur. Item oſtenditur locus occiſionis innocentiū puerorum, & ſepulchra Paulę & Euſtochij, haud lōge ab hac ęccleſia. A Bethleem per dimidiam leucam ad occidētē eſt villa Bezec, vbi captus fuit Adonibezec, et trūcatus ſummitates manuū atq; pedū. Creſcit ibi optimū vinū, quo melius in terra illa non inuenit. A Bethlehē duabus leucis

Behleem

Bezec

contra

contra collem Achillę eſt ciuitas Thecua in mon te ſita, de qua fuit Amos propheta, ibidem Ocho zia rege Iſrael, occiſus & ſepultus. Inter Thecuam & Engaddi ad ſiniſtrā contra deſertū Quarētanę eſt caſtrū Herodium alto loco ſitum ab Herode extructum. A Thecua duabus leucis, inter orientem & Auſtrum, eſt Zoph oppidum iuxta deſertum, Zipheorū patria, vbi Dauid vagabundus latuit. Huic contra Auſtrum adiacet deſertū Maon, in quo eſt mons Carmelus, iuxta quē Nabal repulit nuncios Dauid. Nota eſt hiſtoria. — Thecua. Herodiū. Ziphei.

Ab hoc deſerto Maon, inter Auſtrum & orientē, parum diſtat mons Seir ſiue Idumea, quā terram filij Iſrael lōgo tempore iuſſi ſunt circuire. Quod ſi à memorato deſerto contra Auſtrum vadas, occurret terra Amalech, quā iuſſus eſt Saul ſubuertere interfectis habitatoribus eius. Ante terram Amalech contra mare mortuum eſt Cadesbarne locus vnde Moſes duodecim miſit exploratores. A Bethleem tres ſunt leucę verſus Auſtrū ad collem Rama, in qua videtur tota Arabia vſque ad montē Seir, & omnia loca circa mare mortuum, itemq; littus maris magni à Ioppe vſque ad Gazam. A Rama duabus leucis prope viam quæ ducit in Hebron eſt prædium Mamre, vbi habitabat longo tempore Abrā iuxta ilicem. Ab hac ilice per dimidiam leucam verſus dexterā, eſt Hebron ciuitas illa vetus, olim Cariath Arbe dicta, in qua regnauit Dauid ſeptem annis: ſitaq; fuit in monte. Hodie præter magnas ruinas nihil ibi cernitur, ſed ad tres iactus arcus Auſtrum verſus declinādo tamen paululum ad orientem, eſt Hebron noua extructa, in loco ſcilicet vbi erat ſpelunca duplex, vbi ſepulti ſunt Adā & Eua, Abraham & Sara, Iſaac & Rebecca, Iacob & Lia. — Idumea. Amalech. Cadesbarne. Rama. Mamre. Hebron. Speluca duplex.

Saraceni circa ſpeluncam duplicem, quę erat in ecclesia cathedrali, ædificauerunt munitionem. A ſpelunca duplici ad occidentem, ad iactum arcus vnum, eſt ager Damaſcenus, vbi plaſmatus dicitur Adam, habetq; argillam rubeam, flexibilem in modum ceræ, quæ per camelos in magna quãtitate in Aegyptum, Aethiopiam, Indiam, & alia loca deportatur. Nam abutuntur ea in varias ſuperſtitiones. Iuxta hunc agrum Damaſcenum oſtenditur etiam locus vbi Cain fratrem ſuum Abel occidit. Fabulãtur quoque illic Adam & Euam multo tempore luxiſſe Abel filium ſuum in ſpelunca rupis cuiuſdam, quę ad Auſtrum patet. Ab Hebron tribus leucis contra Auſtrum eſt Dabir, quæ & Cariath Sepher, id eſt, ciuitas libri ſeu literarum, de qua in Ioſue. Ab Hebron tres numerantur leucæ contra Aquilonem, declinando paululum ad occidentem, ad Nehel Eſcol id eſt, torrentem Botri, vnde exploratores portauerunt palmitem vuæ. Ad læuam huius vallis per dimidiam leucam deſcendit riuus, in quo Philippus baptizauit eunuchum Candacis reginæ, haud longe à Sicelech. A Nehel Eſcol octo numerantur leucę verſus Ieruſalem, ad domum Zachariæ, quam intrauit pregnans virgo Maria ſalutatura Eliſabeth. A domo Zachariæ tres ſunt leucæ verſus Aquilonem, & itidem tres leucæ à Nicopoli cõtra Vulturnum, ad Nobe ciuitatem ſacerdotum, quę nunc Bochonopolis dicitur, in via quę Dioſpolim ducit atq; Ramatha, vbi Dauid ab Abimelech accepit gladium Goliath Gethæi. Hæc de Ieruſalem & locis circumiacentibus dicta ſufficiant.

Ager Damaſcenus.

Dabir.

Nobe.

Ab Aco-

Ab Acone verſus Auſtrum iter.

QVatuor ſunt leucæ ab Aconenſi ciuitate ad oppidū Caiphæ, in pede montis Carmeli ad Aquilonem ſitum. A Caipha tres numerãtur leucę ad caſtrum peregrinorꝝ fratrum militiæ templi, munitiſſimum quidē, & in corde maris ſitum, talibus muris & antemuralibus cinctum, vt ferè inexpugnabile ſit. A Caipha ad leucā vnam & dimidiam in monte Carmeli eſt ſpelunca Eliæ & manſio Eliſei; vbi hodie habitāt fratres Carmelitę. A caſtro peregrinorū quatuor ſunt leucę ad Cęſaream Paleſtinę metropolim, in qua fuit ſedes Archiepiſcopalis, quāq; Herodes magnus inſtaurauit, & in honorem Cęſaris Cæſaream appellauit: & in ea Petrus baptizauit Cornelium centurionem. A Cæſarea nouem leucis contra Auſtrum eſt munitio Arſur, quondam Antipatrida ab antipatre Herodis magni dicta. Hęc aliquando fuit fratrum de hoſpitali ſancti Ioannis. Ab Arſur quatuor ſunt leucæ contra orientem ad Manathat, nunc Kato dicta, & ſub monte Ephraim ſita non longe à monte Saron. In hac Saraceni poſuerunt præſidium militum contra caſtrum peregrinorum. A Kato quatuor leucis cōtra Auſtrum eſt mons Saron & oppidum Sarona, de quo fit mentio in Actibus Apoſtolorum. De Arſur octo ſunt leucæ vſque ad Ioppen, & hinc quatuor numerantur vſque in Geth, quæ olim vna fuit de principalioribus ciuitatibus Philiſtinorum, ſed nunc paruum eſt caſale, vocaturque Ybilim in colle ſitum. A Geth duæ ſunt leucæ contra Auſtrum ad Bethſames Iuda. Hinc ſi ad orientem procedas, poſt ſex leucas occurrit mons Modin, de quo oriundi fuerunt Machabæi, & oſten-

Caſtrū peregrinorū

Fratres Carmelitæ.

Cæſarea Paleſtinę

Kato.

Ioppe

Geth.

Bethſames.

Mons Modin

& oſtenditur illic ſepulchrum eorum. A Bethſa mes contra occidentem, ferè per quatuor leucas

Accaron haud longe à mari eſt Accaron,etiã vna de principalioribus ciuitatibus Philiſtinorũ. Verum hodie exiguum eſt caſale, antiquo retento vocabulo. Ab Accaron quatuor ſunt leucæ verſus Au-

Azotus ſtrum ad Azotum, quę etiam vna fuit ex potioribus Philiſtinorum ciuitatibus, vna leuca à mari diſtãs, ſed hodie parua eſt villa. A Ioppe duæ ſunt leucæ ad Lidã ſeu Dioſpolim.Hinc quatuor

Lida. leucæ contra orientem ferè, paululum ad Aquilo

Lobna nem declinando,eſt Lobna, non longe à Lachis, quã cepit Ioſue,& quã obſedit Sennacherib. Inde per tres leucas,in via quę ducit ad Gabaon, eſt

Aceda. Aceda oppidum, & Maceda,vbi quinque reges ſe abſconderãt in ſpelunca,de quo in Ioſue.Hinc ſi progrediaris tribus leucis contra orientem, nõ

Sochoth longe à Nobe,eſt Sochoth Iudæ,iuxta vallem terebynthi, vbi puer Dauid in funda & lapide interfecit Goliath Gethęum. A Nobe,quę hodie Bethnopolis vocatur, ſunt tres leucæ vſque in

Emaus Emaus, quæ hodie Nicopolis appellatur. Ab Emaus ſpatio vnius leucę & dimidiæ aſcenditur per vallem Raphaim, à latere domus Zachariæ, quę relinquitur ad dexterã euntibus in Hieruſalem. Ab hac Zacharię domo numerãtur tres leu

Bethſura cæ & dimidia dextrorſum ad caſtrum munitiſſimum Bethſura nomine, ſitum in latere montis contra Bezeck & Bethleem, quod ædificatum fuit tempore Machabæorum,& paulo poſt fraudulenter captum ab Antiocho adoleſcente. Diſtat autem ferè per vnam leucã à Hieruſalem.

Aſcalon Ab Azoto quatuor leucis cõtra Auſtrũ eſt Aſcalon,quarta Philiſtinorũ ciuitas,ſita in littore maris,& habens formã ſemicircularem, vnicum ferè ro-

tè robur & propugnaculum Saracenorum in terra illa. Ab Aſcalone duabus leucis contra Auſtrũ eſt Gaza, in littore quoque maris ſita, quæ nunc cõmuniter Gazara appellatur, & tranſit per eam via in Aegyptum. A Gaza quatuor numerãtur leucæ vſque ad Berſabee, quę nunc Giblin dicitur, & eſt terminus Iudææ atque terrę promiſſionis contra Auſtrum. In hac manſerunt multo tẽpore Abraham & Iſaac, vt patet in Geneſi. Diſtat ab Hebron ſicut & Gaza paulo amplius vna dięta. Vltra hãc extremitatem terrę ſanctę eſt deſertum illud magnum, quod ad Aegyptum vſq; ferè extenditur, in quo oberrauerunt filij Iſrael quadraginta annis. Itaque longitudo terræ ſanctæ ab Aquilone incipit à monte Libano iuxta Cæſaream Philippi, extenditurque contra Auſtrum vſque in Berſabee Iuda, quę eſt contra deſertum, complectens plus minus ve ſexaginta ſeptem leucas. Latitudinem vero eius non adeo exacte obſeruaui. Porro memorata longitudo decem tantum complectitur tribus. Tribus Iuda ſuperiorem obtinuit regionem, quę in longitudine quidem extenditur ab Aegypto vſque in Ieruſalem, diciturque interuallum illud occupare ſeptem diætas. In latitudine vero incipit à lacu aſphalti, hoc eſt, à mari mortuo, & definit vſque ad mare magnum in occidente. Tribui Simeonis obuenit pars in ipſa tribu Iudæ, nempe quæ eſt iuxta Aegyptum circa montana Arabiæ. Beniamitæ ſortiti ſunt poſſeſſionem ſuam à Iordane vſq; ad mare magnum in longitudine, latitudo vero eius eſt ab Hieruſalem vſq; in Bethel, quatuor ferè complectẽs leucas. Tribus Ephraim ſortem ſuam accepit à Iordane fluuio vſq; ad Gaderã, quę eſt iuxta Ioppen, et ex tranſuerſo vſque ad

Gaza.

Berſabee

Longitudo terræ ſanctę.

Iuda.

Simeon.

Beniamin

Ephraim

que ad campum magnum vbi incipit Galilæa.
Manaſſe. Tribus Manaſſe vna medietas incipit à Iordane & terminatur ad mare magnum, & in tranſuerſo quæ eſt latitudo eius, deſinit in Bethſan. Tribus Iſachar ſecundum longum incipit à Iordane & terminatur ad Carmelũ iuxta Magedo: in latitudine vero habet Bethſan & montem Thaborinũ extremitates. Tribus Zabulon habet Carmelum & lacum Geneſareth extremitates longitudinis, & in latitudine â monte Thabor verſus Nazareth, quinq; occupat leucas. Tribus Aſer occupat totam terrã à Carmelo maris vſq; ad Sidonem magnam, in longitudine ſcilicet viginti leucarum continens ſpatium: in latitudine vero extenditur à mari magno vſque Naſon & Aſſor per ſpatium nouem leucarum. Tribus autẽ Neptalim accepit partes orientales vſque ad Damaſcum, Galilæam ſuperiorem à mari Galilęæ vſq; ad montem Libani, fonteſque Iordanis includens, & hæc in longitudine: iuxta latitudinem vero tranſit ab Aſſor vſque ad regionem Traconitidis. Tribus Dan occupat loca conuallis iuxta mare magnum, ab Auſtro terminata ad Azotum: ab Aquilone ad Doram, habens ſcilicet à tribu Iuda Azotum, Accaron & Geth: & à Ben iamin Iamniam & Ramatha vſque ad Ioppen.

(Margin: Iſachar; Zabulon.; Aſer.; Neptalim; Dan.)

Et vt in ſumma dicã, tota terra ſancta à Iordane vſque ad mare magnum, quæ eſt latitudo eius, ab oriente ſcilicet in occidentẽ, non videtur excedere. 16. leucas. In lõgitudine vero, q̃ ab Aquilõe in Auſtrũ cõputatˀ, à Dan. ſ. q̃ nũc Belenas ſiue Cæſarea Philippi dicitur, vſq; ad Berſabee, q̃ nunc Giblim appellatur, habet circiter. 64. aut ſex leucas. Et hęc de magnitudine, vrbibus, fluminibus, & cæteris locis terrę ſanctę dicta ſufficiant.

De ſer

De fertilitate terrę ſanctę & varijs eius habitatoribus.

HAbet terra ſancta id in ſacris literis præconij, vt reliquas terras in bonitate & fœcũditate excellat, atq; lõge poſt ſe relinquat, quippe quæ melle & lacte exuberare dicitur, per quę intelligũtur oĩa ea quibus opus habet mortalis hęc vita. Eſt ſolũ ipſum frumenti feraciſſimum, quippe quod in cultura ſua minimũ laborem exigit, & multũ reddit fructũ. Nam id ſæpe oculis meis vidi, duobus tantũ bobus aratrũ inuerti: nec agros ſtercore opus habere, quum ſuapte natura terra ipſa pinguis ſit, & in pleriſque locis hoc externo minime egeat cõdimento: roſas, rutã, fœniculũ, ſaluiã, & alias herbas humus ipſa ſponte producit. Lana quoq; ſuccida ibi creſcit in frutectis quibuſdã, quorũ ſemina ſingulis annis in terrã ſpargũtur, & ex his conſurgit caudex quidã, in cuius folliculis lana illa colligitur. Creſcũt quoq; ibi cãnę molles, ex quibus colligitur ſaccarum. Habent hæ cãnę medullã quandam humidã in modum ſambuci, quę in peluim expreſſa atq; in æneis caldarijs decocta, optimum efficitur ſaccarum. Id tamen ingenue fateor, raro illic inueniri poma, pira, ceraſa, nuces, & alios ſimiles fructus arboreos, ſed è Damaſco illuc deferũtur, qui tamen adeo ſolis ardore decocti ſunt, vt diu conſeruari nequeãt. At loco illorum habent alios fructus, qui etiã per totum annum in arboribus conſeruãtur, vt ſæpe videas vnã arborem ſimul flores & fructus maturos geſtare. Ex his faciũt incolæ varia condimenta, quibus pultes, carnes, piſces, & alios cibos ſapidiores reddunt. Habent poma cetrina magna, ex quibus optima conficiunt electuaria. Habẽt & alia optima poma et mirabilia,

Lana in frutectis.

Poma paradiſi.

rabilia, quę poma paradiſi ab eis vocantur. Hæc creſcunt in modū maximi botri, quantitatem habent mediocris cophini, cuius grana ſunt ipſa poma, ita vt nō raro centū poma, & aliquādo plura ſimul cōglobata in modū vuarum reperias, quorum quodq; oui habet magnitudinem, obductū folliculo ſpiſſo crocei coloris, qui decorticatus dulcem & delicatū relinquit fructum. Hęc arbor vltra biennium non durat, ſed areſacta, ex radicibus alios ſurrogat ſurculos. Folia eius adeo lōga ſunt, vt ſtaturā hominis erecti ferè excedāt. Latitudo vero tāta eſt, vt duo folia hominis corpus cōmode tegere poſſint. Vineæ multę ſunt in terra ſancta, & plures eſſent, ſi Saracenis vini vſus in vniuerſum nō eſſet interdictus. Hi autem terrā illam hodie pro maiori parte ſubiectā tenent: & vbi vineas inueniunt eradicāt. Optimū vinum quod in ea inuenitur, creſcit circa Bethleem in valle Raphaim, & in Neheleſchol, vnde exploratores portauerunt palmitē vuarꝫ, vt in Numeris legimus. Circa Sidonem quoq; & Antheradū, itemq; ſub Libano monte bonū creſcit vinū, & vt mihi retulerūt indigenę Antheradi, colligunt vno anno ab eadem vite triplex vinū, hoc eſt, habēt vno anno tres vindemias. Nam quum vitis tempore Martij cōſuetos produxerit botros, id ligni quod vacuum eſt à fructu, reſecatur, & tūc ex relicto palmite in Aprili alius & nouus repullulat ſurculus, ſuos quoq; ſecū ferens fœtus. Qui & ipſe trūcatus, in Maio nouum producit ramuſculū, ſerotinis oneratū vuis. Et hac arte fit, vt primi botri in Auguſto ad maturitatē perducti, ſuā vindemiam requirāt. Secūdi vero qui in Aprili floruerūt, in ſeptēbri racemātur: & tertij in Octobri. Hinc etiā eſt vt in terra ſancta botros venales in-

Tres vno anno vindemiæ.

les inuenias à die Ioannis Baptiſtæ vſq; in diem diui Martini. Habētur quoq; in ea terra ficus, malogranata, mel, oleum, pepones, cucumeres, melones, citruli, cucumeres Babylonici, & alij multi fructus his ſimiles. Frumentum quoq; ipſum eſt delicatiſſimū, vt nō videatur mihi ꝙ vnquā meliorem comederim panem q̃ Ieroſolymis. Porci ſylueſtres, capreoli, lepores, ꝑdices & coturnices abundāt in terra ſancta, ſicut & leones atq; vrſi. Sed & cameli ibi in maximo habentur numero.

Qui homines terrā ſanctam inhabitent.

SVnt in terra promiſſionis homines ex omni natione quæ ſub cœlo eſt, & viuit quælibet gens iuxta ritum ſuum. Et vt verū loquar, in noſtrā magnam confuſionem, nulli in ea peiores & in moribus corruptiores inueniuntur q̃ Chriſtiani, cuius hāc eſſe rationem arbitror. Quādo aliquis in Hiſpania, Gallia, Germania, Italia, aut alijs Chriſtianitatis natiōibus malefactor deprehēſus fuerit, vtpote homicida, latro, fur, inceſtuoſus, adulter, fornicator, proditor, et timet propter ea à iudice cōdignam ſibi irrogari pœnā, fugit & transfretat in terrā ſanctam, quaſi hoc contractū aboliturus malum: & quum illuc venerit, nō animum ſed locum mutauit, & euenit ſibi id quod ſcriptum eſt: Nunquid Aethiops poteſt mutare pellem ſuam? Tales ſunt hodie in terra ſancta nō pauci, qui ſpoliant peregrinos & conterraneos ſuos, ad ſe bona fiducia diuertentes, & nihil mali de eis ſuſpicātes: deteſtabilesque illi patres deteſtabiliores poſt ſe relinquūt filios, qui pollutis pedibus calcāt loca ſancta, & ſua peſſima vita id efficiunt, vt ſancta Dei in magnum veniant contemptum. Sunt autem præter Chriſtianos in terra promiſſionis & aliæ variæ gentes, præſer-

Trāsfugæ chriſtiani

Saraceno-rum fides. tim Saraceni, qui Mahumetum prædicãt, & legem eius obſeruãt, agnoſcentes etiam CHRISTVM veluti magnum prophetã, de ſpiritu ſancto conceptum, & natum ex virgine MARIA, ſed negãt eum paſſum & mortuum, verum quum illi placuit, aiunt, aſcendit in cœlum, ſedetq; ad dexterã patris vt filius. Mahumetum vero dicunt ſedere ad ſiniſtrã Dei, & eum vt Dei nuncium ad ſe tantum miſſum. Sunt homines illi Mahumetani immundiciæ addictiſſimi, ducuntq; tot quot paſcere poſſunt vxores, præter id quod Gomorraico fœdati ſunt vitio. Sunt tamen hoſpitales, & ſatis humani, id quod non ſemel tantum in meipſo ſum expertus. Pro modico miniſterio illis exhibito, copioſam reddunt

Syriani. mercedem. Sunt prǫterea in hac terra Syriani, qui quidem Chriſtiani ſunt, verum Latinis nullam ſeruãt fidem, miſerè & pauperrimè viuunt: auaritiæ ſtudentes, nemini eleemoſynã largiuntur. Ditiſſimus inter eos non delicatius viuit q̃ pauperior. Inter Saracenos habitãt, & vt plurimũ officijs eorum mancipãtur. In habitu à Saracenis ferè nihil differunt, niſi quod per cingulum laneum ab eis aliquid diſcriminis habent.

Græci. Græci ſimiliter Chriſtiani ſunt, ſed ſchiſmatici, & à Romanæ eccleſiæ obedientia alieni: ſunt & alijs multis implicati erroribus, faxit Deus ne & Latinis multæ irrepſerint ſtultitiæ. Apud Græcos omnes ferè prælati ſunt monachi, magnǫque abſtinentiæ, & habentur à plebeis hominibus in magna reuerentia & honore. Sunt quoq; in hac terra Armeni, Georgiani, Neſtoriani, Nubiani, Iabeani, Chaldæi, Maronitæ, Aethiopes, Aegyptij, & multǫ aliæ gentes, quǫ quidem omnes cõfitentur CHRISTVM, & habent ſuos patriar

triarchas. Quidā ſunt hæretici, & à ſuo hæreſiarcha nomen ſunt ſortiti, vt ſunt Neſtoriani, Iacobitę & ſimiles. Sunt tamen multi in his ſectis ad modum ſimplices, neſcientes quicquā de hæreſibus: Chriſto deuoti, carnem ieiuniis macerātes atque ſimpliciſſimas veſtes induti, vt etiam longe ſuperent religioſos Romanę eccleſiæ. Nubiani & Iabeani dicunt ſe ſiue maiores ſuos fidem ſuſcepiſſe à ſancto Matthæo, ab eoque baptizatos, & baptiſmi modum ab illo recepiſſe, quem hodie inuiolabiliter ſeruare contendunt, innitentes huic autoritati: Ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igne. Nam quum baptizātur, cum calido ferro crucem inurunt faciei, aut alteri corporis parti. Et hi deuotiores inter orientales habentur. Eſt & gens Madianitarum, qui nunc Beduini atque Turoniani dicuntur, qui magnā partem terrę ſanctæ impleuerunt: & hi tantum operam dant alendis pecoribus & camelis, quibus ſupra modum abundant. Certam manſionem non habent, ſed vbi bona inuenerint paſcua, ibi cum tabernaculis ſuis tantiſper ſubſiſtunt, donec herbis depaſtis, alium locum pro gregibus quęrere cogantur. Sunt homines pugnaciſſimi, & repleuerunt ferè totā Syriam: potiſſimum occuparunt ripas Iordanis à Libano vſque ad deſertum Pharan, quum mōtes qui vltra Iordanem ſunt, optima ſuppeditēt pabula ouibus, capris, & reliquis iumentis. Habent arietes & verueces tā craſſos & pingues, vt vna cauda pro tribus aut quatuor hominibus ſufficiat ad eſum. Neſtoriani habitant circa Berut & Bibliū in planicie Libani cōtra Ituream. Maronitę vero occuparunt regionem quę eſt circa fontem hortorum à Libano deſcendentem contra Tripolim, dicunturq; habere qua

Nubiani.

Madianitæ.

Neſtoriani.

Maronitæ.

re quadraginta milia pugnatorum. Porro circa caſtrum Arachas poſt Tripolim habitāt Saraceni, qui Vanni dicuntur. His ſociantur Saraceni,

Aſinini

quos Aſininos vocāt, habitātes in montanis vſque ad caſtrum Antheradum, plurima habētes caſtra & oppida, atq́ fertiliſſimā occupātes terram Hi de Perſide dicuntur duxiſſe originem, & intātum numero ſunt aucti, vt & ipſi quadraginta milia armatorum aſſerātur poſſe producere. Voluerunt ante paucos annos ſeſe Romanę ſubijcere obediētiæ, ſed per Templarios impediti à ſuo reſilierunt propoſito. Hos Aſininos nullus hactenus Sultanus potuit in ordinem redigere, ſed ipſi ſibi leges & iura condunt, vtentes illis vt libet: ſuntq́ omnibus adiacentibus nationibus formidini ob ſuam feritatem. Et quum hic orientales attigerim nationes, non inutile viſum fuit de ijs ampliorem facere mentionem: quandoquidem hodie multi ſunt, qui quum nihil ſciāt, ſcire omnia velint, aſſerētes nullos in his maximis regionibus vſque ad Indiam inueniri Chriſtianos, ſed perfidum Mahumetum omnia loca conſpurcaſſe. Id quod verum non eſt, ſed vbique CHRISTVS in mundo ſuos habet cultores, pręterq́ in Arabia & Aegypto, vbi rari inueniūtur Chriſtiani, ſed omnes ferè nomen dederunt Mahumeto. Id quidem verū eſt, omnes Chriſtianos trāſmarinos, puta Armenos, Cappadoces, Græcos, Chaldæos, Medos, Parthos, Indos, Nubeanos, Iabeanos, Aſianos, Georgianos, & reliquos orientales populos, nō eſſe homines bello aſſuetos: ſed quum à Saracenis, Turcis aut Tartaris bello petuntur, illis tributarij fiunt, atque omne permittunt dominium: exactores ferentes, modo pacem & concordiam quātum ex ſe eſt conſeruent:

Chriſti cultus vbiq́.

& hinc

& hinc fit vt regiones illæ, quas Chriſtiani inha-bitāt, Saracenorum eſſe putentur, atque perfidiæ illorum ſubiacere: quum tamen ibi ferè omnes ſint Chriſtiani, id quod ego expertus ſum in Cilicia & Armenia minori, quæ parent Tartarorū principi: & tamen ſunt meri Chriſtiani, qui eas inhabitāt regiones, eccleſias frequentātes, miſſas audientes, genua flectentes, atque deuotè orātes: religioſis etiam perſonis magnum exhibētes honorem, id quod in meipſo ſum expertus, quum illic aliquātiſper morarer. Prȩterea eos quos nos damnatos iudicamus eſſe hæreticos, vt ſunt Neſtoriani, Iacobitæ, Maronitæ, Georgiani, & ſimiles, ego plerunque inueni bonos & ſimplices eſſe homines, ſyncereque erga Deum & homines viuentes: ſunt magnæ abſtinentiæ, & in quadrageſima nec piſces nec oleum comedunt. Attenti audiunt verbum Dei: id quod ego vidi in veſpera Ramiſpalmarum, quantis cateruis ad concionem confluxerint. Habent prȩterea ſuos Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & alios prælatos, præter Neſtorianos, qui loco Papæ habent prȩlatum, quem Iacelichum vocant, cui magna pars orientis paret. Armeni vero & Georgiani habent prȩlatos, quos Catholicos vocāt, qui ſub ſe habent Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios prælatos, qui optima conuerſatione plebi præeuntes, verbo pariter & exemplo illos docent: & quāuis munitiſſima inhabitent caſtra, atque magnis polleāt diuitijs, induuntur tamen vilibus et ſordidis veſtibus, ampliſſimas habentibus manicas: exterior enim veſtis eſt pellicea arietina, groſſa & rubea, & ſub ea deferunt tunicā griſeam atque detritam. Suprema vero veſtis eſt ſcapulare nigrum, vile & aſperum, quaſi cilicium. Interfui

Neſtoriani.

Georgianorum ſacri ritus.

etiam ſemel in die annunciationis ſacris eorum, & aduerti eos eiſdem ferè vti ceremonijs & precationibus quibus nos in miſſa, niſi quod ſuo, & non Romano vtuntur idiomate. Nota quoque

Catholic⁹

quod Catholicus ipſe, & omnes alij prælati ſunt monachi, nec quiſquã niſi monachi ad hęc eccleſiaſtica admittuntur officia. Clerici vero ſeculares & ſacerdotes ferè nullã habent autoritatem, nec aliud agunt niſi quod diuina celebrãt officia. Ad omnes horas ſignũ faciunt cũ tabula lignea: non enim campanas habẽt: & tunc nocte ſurgũt ad matutinas preces, excitãtq; ſe mutuo, vt omnes conueniãt: nec iterum dormitum eunt poſt illas abſolutas preculas, ſed ſedẽt in eccleſia docentes populum vſq; ad aurorã.

Matrimoniũ ſacerdotum.

Sacerdotes omnes ſunt vxorati, nec aliquis permittitur exequi ſacerdotis officium, niſi legitimã habeat vxorem. Sabbato duntaxat & die dominico miſſas celebrãt: reliquis diebus per hebdomadã amplexibus vacant. Mortua vero vxore ſacerdos continebit, nec aliam poterit ducere vxorem. Et ſi fornicatus aut adulteratus fuerit, ſine ſpe vlla amittit officium & eccleſiam. Quod ſi vxor eius adulterium perpetrauerit, ſacerdos maritus eius aut continebit, aut officium & eccleſiam perdet. Vxor vero adulterãs naſum perdet: & vir qui cum ea concubuerit caſtrabitur, etiamſi legitimã habuerit vxorem. Id ego ſemel fieri oculis meis vidi. Mortuo vero ſacerdote, vxor eius relicta cõtinebit, & ſi aliud pręſumpſerit inire matrimonium, comburetur: ſin meretricari libuerit, nil mali patietur: & id ſæpe apud illos euenire ſolet. Et hæc mihi videtur potiſſima cauſſa eſſe, ꝙ tot in illis terris inueniuntur meretrices: nã vxores talium continere nolentes, meretrices efficiũtur. Fures

com

committentes furta non admodū nociua, & alij malefactores qui mortem non commeruerūt, caſtrātur, ne filios generent paternorū morum imitatores. Id ſcio, quum eſſem apud regem Armeniæ, habuit regina plures q̄ ſexaginta eunuchos. Rex cū omnibus principibus & nobilibus ſuis libenter audit verbum Dei: quibus etiā ſingulis diebus hora tertia illud à monachis, quos Vetrapethe vocāt, deuotè ex ſacris libris proponitur, vtētibus expoſitione Ioānis Chryſoſtomi, Gregorij Nazanzeni, atq; Cyrilli, quem ipſi Kyrillū proferunt. Deuoti & morigerati ſunt in eccleſia, nec facile vllum ibi videas diſſolutū aut indiſciplinatum. Quum Epiſcopus ſacrum facit, habet aſtantes ſuos miniſtros, puta diaconum, ſubdiaconum & acoluthum, & cū magna grauitate ceremonias ſolitas celebrat.

Deſcriptio Aegypti.

LVſtrata itaq; Armenia ſeceſſi in Cappadociā, & hinc perrexi ad Seleuciam, à qua traieci in Cyprum, à Cypro nauigio veni Tyrum, & rurſum à Tyro ſoluens per littus Palæſtinę deſcendi vſq; ad oſtia Nili. Ibi vidi Pharmā ciuitatē munitam quidē & egregie extructā, ſed hominibus vacuam: nam ſerpentibus cedere coacti ſunt. Ab hoc loco viginti numerātur leucæ ad Taphium: hęc eſt Taphnis, de qua in pſalmo: Fecit prodigia ſua in campo Thaneos. Hęc poſita eſt in terra Geſſen, de qua in Geneſi multa ſcribuntur. Fuit olim vrbs inſignis, ſed noſtro ęuo deſtructa eſt. A Taphni vſq; ad Memphim, quā nunc Damiatā eſſe putant, quindecim ſunt leucæ, diſtatq; duabus à mari leucis, in ruinis penitus iacēs, niſi q; non longe à ſitu ſuo villa eſt extructa propter naues in ea collocādas atq; merces colligendas.

Pharma.

Damiata.

Abundat is locus æque vt Taphnis frumento, fructibus, & omnibus ferè bonis, quibus homo veſci poteſt: Deriuatur à Nilo riuus vnus verſus Taphnim, & hinc verſus Pharmam fluens, primum verſus terram ſanctam conſtituens portum. Alterum vero portum efficit alius Nili riuus priore maior, tribus leucis à Damiata mare ingrediens. Tertius portus eſt in Alexādria, vbi ſcilicet maior pars Nili labitur in mare, diſtatq́ à Pharma, vbi primus Nili riuus mare intrat, centum viginti miliaribus: & hæc eſt longitudo Aegypti iuxta mare. Ab Alexādria vero vſque in Babyloniam numerātur etiam centum viginti miliaria, aſcendendo contra Nili curſum. Porro à Pharma eundo per Taphium & Damiatam centum computantur miliaria vſque ad Babyloniam ſiue Cayrum, etiam aduerſus fluuium nauigando. A Babylonia vero vſque ad Syenen, quæ verſus Auſtrum vltima eſt pars Aegypti, ſunt miliaria circiter ducenta quadraginta: & ibi incipit Aethiopia, quæ hodie Nubia dicitur: & eſt tota Chriſtiana, vbi beatus Matthæus prędicaſſe dicitur. Huius Aethiopiæ regem captiuum vidi in Babylonia. Aſcendens autem à Damiata per Nili fluuium veni in Abdelam, ac deinde in Mauſotam, vbi Nilus ſcinditur in duo, voluiturque riuus minor ad fretum quod eſt iuxta Pharmam, & ex illo intrat mare. Rurſus iuxta villam Semmath eſt alia Nili ſciſſio, labiturque is abſciſus riuus iuxta villam quæ Phatures dicitur, in mare: ſed non eſt nauigabilis, vt alij iam memorati riui ſunt. Item à Semmath aſcendendo, priuſquam venias ad Phyton & Ramaſſen, ſeparatur à Nilo quartus riuus, intrans mare iuxta villam, quæ Stermon appellatur:

Diuiſio Nili.

Syene.

Nubia.

& ea

& ea Nili diuiſione vſq; ad villas Phyton et Ra maſſen ſunt.5.leucę,ponunturq; hę villę altrinſe/ cus in ripa Nili. Hinc.20.numerantur miliaria ad locũ q Delta nominaẽ,vbi.ſ.Nilus in.2.riuos di/ uiſus totã ferè Aegyptũ facit inſulã in modũ Δ literæ triangulariter figuratũ, proceditq; maior aquarũ vis ad Alexandriã,& minor ad Damiatã A Delta vſq; Heliopolim tria numerãtur milia/ ria,vbi & alius riuus à Nilo ſegregatur, & defer tur ad ciuitatẽ Peluſij,& inde fluẽs per deſertum verſus terrã ſanctã iuxta ciuitatẽ Iaris intrat ma re: & hic ferè duę ſunt diętę vſq; ad Ragazã:vel Gazarã & Berſabee. Hic riuus vocaẽ proprie in ſcriptura riuus Aegypti, terminaturq; ad ipſam ſors tribus Iudæ.Quidã vocant eũ Binocorulã, alij Syron Aegypti:& nõ eſt nauigabilis.Helio/ polis eſt villa opulenta,ſed nõ munita, ſicut nec alius quiſpiã locus per totã Aegyptũ eſt murat⁹ pręter Alexãdriã & Babyloniã. Hinc.7.numerã tur leucę vſq; ad Babyloniam. Hęc ciuitas eſt ſu pra modũ magna,in littore Nili ſita, trãſitq; per mediũ eius riuus aquaꝝ à Nilo excurrẽs, & rur/ ſum in eũ ruẽs. A Babylonia duab⁹ leucis diſtãt pyramides quędã triangulares & inſigniter ma/ gnæ.Et hinc.2.ſunt leucę ad Thebas,vnde fuit le gio Thebeoꝝ.Huic q̃q; adiacet deſertũ Thebai dos,in quo olim fuit magnus numer⁹ monacho rũ.Et nota ꝙ à Babylonia vſq; ad Syenen ꝑ mi/ liaria.230.Nilus in nullos diuiditur riuos,vno cõ tentus in quo fluit alueo. Terra Aegypti ferè eſt inacceſſibilis:nã ab occidẽte habet mare magnũ cõtra Aphricã eſt deſertũ Libyæ & Philenorũ: ab Auſtro eſt deſertũ Aethiopię,& ab oriẽte de/ ſertũ Thebaidos vſq; ad mare Rubrũ. Trãſitus illius deſerti eſt.3.dieꝝ,donec veniaẽ ad locũ qui

Heliopolis.

Babylonia Aegypti.

Thebais

Situs Aegypti.

Beronice vocatur: & eſt portus Ægypti in litto re maris Rubri ad Indiã ducẽs. Porrô cõtra Vulturnum & ſeptẽtrionẽ habet Ægyptus deſertũ magnũ vſq; ad terrã ſanctã, in quo filij Iſrael ab Aegypto fugiẽtes. 40. annis morati ſunt. Floruit ante tempora noſtra Aegyptus mirũ in modum Chriſtiana religione, multa milia habens monachorũ, multa cœnobia, & plures eccleſias. Vnde dixerunt mihi Saraceni, q̃ in ſola Babylonia & Cayro (ſunt enim duę vrbes, ſed in vnã coniunctę) plures q̃. 40. reperiãtur eccleſiæ. Habet villas fermè infinitas, & populũ ſine numero. Dominãtur hodie in ea Saraceni. Inter Heliopolim & Babyloniã oſtẽduntur loca, in quibus beata virgo manſit cũ puero Ieſu & marito Ioſeph, quũ à facie Herodis fugiſſet è Iudęa. Eſt etiã ibi hortus balſami, qui irrigatur à fonte paruo, vberrime tamen fluente, in quo aiunt beatã virginẽ puerum Ieſum lauiſſe, ob id habetur fons ille in veneratione nedum à Chriſtianis, verum et à Saracenis Modum colligendi balſamũ hunc mihi Saraceni oſtenderunt. Carpebant folium vnum à ſtipite (adhęrent enim folia ſtipiti) & cõtra radium ſolis illud diſcerpentes, guttã lucidiſſimã, & ſupra modum odoriferam elicuerunt: & is eſt verus liquor balſami: qui in phialas vitreas colligitur, & ad diuerſas mundi partes mittitur: tametſi raro ſine mixtura ad regiones noſtras perueniat. Aiunt etiam, ſi folium illud contra radium ſolis non frangeretur, minime ſuccum illum ſtillaret. Foderũt proinde Saraceni & alium fontem, quũ fons prior non ſufficiat ad irrigationẽ totius horti, ex quo quatuor boues aquam trahunt, quę ſufficere poſſit ad illius humectationem.

Chriſtus olim in Aegypto cult⁹

Hortus balſami

FINIS.

Petrus

PETRVS
MARTYR DE INSVLIS nuper repertis, & de moribus inco- larum earundem.

EX mearum decadum libel-
lis in vulgus emiſſis collige
re licet,fugitiuos quoſdā ad Darienes
vicina Darienis appulſos no fluuius
ſtrorū libellos admirātes di-
xiſſe,terras ſe aliquādo inco-
luiſſe,quorū habitatores in-
ſtrumētis vterent̃ eiuſcemo-
di,ac politice legibus parentes viuerēt,atriaq; ac
tēpla lapidibus cōſtructa magnifice,plateas etiā
ſtrataſq; vias ordine cōpoſito,vbi negocient̃,ha
berēt.Eas nūc terras noſtri reperere: qui autores
fuerint,quomodo res proceſſerit, attente audiat
quiſquis peregrinorū regionū cōditiones & po
puli mores ſcire deſiderat. De inſula Cuba,quā
Fernandinā placuit appellari,Hiſpaniolę occidē
tali proxima,Septentrionalis tamen adeo,vt Cā
cri tropicus mediā ſecet Cubā, Hiſpaniola vero
à tropico diſtet ad æquatorē gradus aliquot,pau In Cuba
ca tetigimus hactenus.In hac inſula ſex iam ſunt oppida ex
oppida erecta,primariū à diuo Iacobo Hiſpania citata.
rū patrono nomen ſumit.Natiuū eſt ibi aurū,&
montanū,& fluuiale,auro ſuffodiendo inuigilat̃
Quo anno libelli mei portas clauſerunt,tres Hiſ
pani ex antiquioribꝰ Cubę ciuibꝰ,Frāciſcꝰ,Fer-
nādes Cordubenſis,Lupus Ocho, Caicedus &
Chriſtophorus Morantes,nouas quęrere terras
inſtituunt. Eſt inquietus & ſemper magna mo-
liens

liens Hiſpanorum animus: tria inſtruunt eius ge
neris nauigia, quę appellat Hiſpanus Carauellas
proprijs impenſis, habita à gubernatore Dieco
Velaſquem nauigandi poteſtate ex angulo Cu-
bę occidentali, qui ſancti Antonij nomen adep-
tus eſt, altum capiunt cum centum & decem vi-
ris. Eſt hic angulus ad reficiendas naues, ac aqua-
tioni, ac ſignationi aptiſſimus: cœlo tantum &
aqua contenti ſex adnauigant inter Zephyrū &
Auſtrum dies ac dimidium, quo tempore ſex tā-
tum & ſexaginta ſe miliaria percurriſſe arbitran
tur. Stabant autem in ancoris vbicunque ſol ca-
dens illos deprehendebat, ne per ignotum pela-
gus errantes, ſcopulis illiderentur, aut arenoſis
vadis impliciti mergerentur. In inſulam incidūt
ingentem, nomine Iucatanam, cuius initiū inco
lę Eccampi vocāt. Oppidum in littore ſitū ade-
unt, magnum adeo, vt Cayrum illud noſtri di-
xerint: hoſpitaliter ab incolis noſtri ſuſcipiūtur:
ingreſſi ſumma ſunt repleti admiratione, turri-
tas domos, tēpla magnifica, vias ordine ſtratas
ac plateas, ac nundinaria ibi agi commercia re-
periunt: lapideę ſunt domus, aut ex lateribus &
calce, arte & induſtria confectę: ad prima domo
rum impluuia, & primas habitationes per duo-
decim aut decem gradus aſcenditur, non tegulis
tātum, ſed culmis aut herbarum fruticibus coo-
pertæ ſunt. Mutuis ſe muneribus afficiunt, bul-
las aureas & ex auro fabrefacta monilia perpul
chre formata barbari noſtris, noſtri autem illis
ſericeas ac laneas veſtes, vitreos etiam calculos,
& aurichalcea tintinnabula, munera illis grata,
quia peregrina, ſunt impartiti. Specula floccifaci
ebant noſtra, quia illi lucidiora ex quibuſdam la
pillis aſſequuntur. Veſtita eſt hęc gens non lana
quia

Iucatana inſula

quia pecudes non habēt,ſed gonſapio mille mo
dis & varijs fucato coloribus. Fœminę à cingu-
lo ad talum induūtur, velaminibuſq; diuerſis ca-
put & pectora tegunt, & pudice cauent, ne pes
aut crus illis viſatur. Templa frequētant, ad quæ
primarij vias ex proprijs domibus ſternunt: ido
lorum culturę indulgent, ſunt recutiti: ſumma fi-
de negociantur, permutādo tamē ſine pecunijs:
crines ornāt. Vnde id habuerint interrogati per
interpretes, dicunt aliqui, tranſijſſe aliquando vi
rum quendam formoſiſſimum per eos tractus,
qui eis id inſigne in ſui memoriā reliquerit. Alij,
obijſſe lucidiorem ſole hominem in eo opificio,
certi nil habetur. Aliquot ibi dies commorati, iā
videbantur incolis eſſe moleſti: nullius enim ho-
ſpitis eſt grata mora longa: commeatum capiūt,
rectā tendunt ad occidentem per prouinciā Co
mi & Maiam dictas ab accolis: præterlapſi ſunt,
aquam tantum & ſigna ex itinere capientes: bar-
bari littorales noſtras admirabantur naues mari
innatantes, ad quas viſendas & fœminę permix
tę viris cum infantibus paſſim prodibant. Nam
ex mari non ſine ſtupore illorum ędificia, ſed prę
cipue templa littoribus proxima, in modum ar-
cium erecta proſpectabant. Iacere tandem anco-
ras placuit ad miliaria centum, decem in prouin
cia, cui nomē Campechium, cuius oppidum eſt Cāpechiū
domorum trium milium, amice ſeinuicem com
plectuntur, nauticam noſtrorum artem, nauigio-
rum magnitudinem, vela, ampluſtra, resſq; cęte-
ras barbari attoniti admirabantur. Vbi excuſſo-
rum tormētorum tonitrūa, fumoſum ac ſulphu-
reum odoremq; ignitum ſenſerunt, à deo mitti
fulmina arbitrabantur. In atrio regulus noſtros
benigne magnificeque hoſpitatus eſt. Poſt ſum-
ptas mo

ptas more illorũ epulas, in quibus pauones ha- bent & altilia, volucres etiam montanas & nemorales, ac aquatiles, perdices, coturnices, turtures, anates, & anſeres, cuniculos: vltra hęc lupos, leones, tigres, vulpes, & quadrupedes agreſtes, vt apros, ceruos & lepores. Ducti ſunt noſtri cũ regio comitatu ad latum cõpitum in oppidi latere ſitum, oſtendunt noſtris quadratum quatuor graduum erectum marmoreum, partim ex tenaci bitumine, partim ex lapillis pulpitum, cui hominis inhęrebat ſimulacrum ſuperſculptum, adherentibus illi duobus quadrupedibus ignotis qui marmorei hominis vterum, vti canes rabidi videbantur velle dilacerare. Serpens bitumine ac lapillis compacta, pedum longa ſeptem & .xl. vti bos magnus marmoreum leonem vorãs, recenti cruore irrorata ſimulacro aſtabat: proximi ſolo affixi erant tres tigni, quos tres alij lapidib⁹ ſuffulti tranſuerſabant. In eo loco reos puniunt, in cuius rei argumentum, ſtratas viderunt innumeras cruore illitas & cõfractas ſagittas, & mortuorum oſſa in vicinum cortẽ proiecta. Domus & hic ſunt ex calce & lapidibus ædificatæ: Regulo Lazari nomen indiderũt, quia Lazari die terram ceperunt. Abeunt ad milia inde, ad occidentem ſemper, quindecim. Prouinciã captant noĩe

Aquanil. Aquanil, cuius oppidum Moſco dicitur, regulus Capoton, vltima acuta. Hoſtiliter inſpectat noſtros hic regulus, inſidias noſtris ſtruit, petẽtib⁹ aquam, trans collẽ proximũ fontes eſſe innuunt, quà iter erat per anguſtas ſemitas. Ex mutatis in frõte coloribus, & arcuũ & telorum geſtamine, fraudẽ cenſere, tendere vlterius noſtri recuſant. Palantes & imparatos adoriũtur noſtros barbari, mille amplius ſternũt fugiẽtes noſtros, cœnoſo in lit

ſo in littore(erat enim ibi mare cœnoſum)impli
cantur,duos & viginti ſagittis tranſuerberatos
perimunt,reliquos maiori ex parte vulnerant.
Tribus & triginta inquiunt claſſis ipſum prętorem Franciſcum Fernanden vulneribus percuſſum. Ferè nullus euaſit incolumis. Si ad monſtratos colles proceſſiſſent, perēpti fuiſſent ad vnū. Mœſti ergo redeunt, qui ſuperfuere ad Fernandinam inſulam vnde venerant, ac cum fletu & gemitibus ob relictos & præſentes vulneratos à ſocijs recipiuntur. His intellectis Cubę Fernandinę gubernator Diecus, Velaſquē quatuor Carauellarum claſſem inſtruit cum hominibus circiter trecentis. Huic claſſiculę prętecit nepotē ſuum Ioānem Griſaluam, additis ſub prætoribus Alfonſo Auila, Franciſco Montegio, & commēdatario Petro Aluarado, Nauclero autem eodem Antonio Alamino prioris claſſiculę rectore. Idē iter capiunt, ſed auſtralius aliquāto ad milia forte ſeptuaginta, turrim ex alto vident, terram minime. Ea turri duce, inſulam apprehendunt nomine Cozumellam, à qua ſuaues ſe olfeciſſe odores ſpatio trium miliariorum vento inde perflāte, inquiunt. Ambitu reperiunt eſſe miliariorum quinqꝫ ac quadraginta: plana eſt, gleba fortunatiſſima: aurum habet, ſed peregrinum aliunde allatum: melle abundat & fruticibus ac hortenſibus, volucribus etiam et quadrupedibus. Eſt horum incolarum, vt breuibus abſoluam, ea œconomia & politica, quę de Iucatana: domus, templa, viæ, commercia, virorum ac fœminarum gęſtamina ex goſipino, non laneo vel ſerico: dom⁹ lapideæ, culmo contectæ, vbi ſit lapidū penuria: ſed vbi ſit lapicidinarum copia, laminis lapideis conteguntur, marmoreos poſtes in pleriſqꝫ, veluti

luti apud nos pleręq; domus habent. Turres ibi vetuſtas dirutarum veſtigia redolētes repererūt vnam prę cęteris graduum octodecim, vt ad illuſtria templa conſcenditur. Noſtras ſunt admirati naues, & nauticam artem, noluerunt hoſpites primo impetu, benigne eos tandem admiſerunt: turrim conſcendunt duce primario, quē ſacerdotem credunt: vexillum in cacumine ſiſtunt regi Caſtellę imperium adiudicant, Sanctę crucis nomen inſulę aſſignant, quia ad nonas Maij Sanctę crucis feſto ſunt inſulam ingreſſi. Cozumellam vero, inquiunt, appellari à regulo Cozumellao, cuius maiores ipſe iactat fuiſſe huius inſulę habitatores. Cameras in turri repperere, ſtatuis tum marmoreis, tum fictilibus vrſorum ſimulacris inſtructas, quos vniſono cantu elato inuocant, ſuauibus adolent odoribus, vti penates eos colunt: res ibi diuina celebrata eſt, ſunt recutiti. Regulus hic eleganter ex goſſipino velamine indutus, pedis vnius digitos abſciſſos habebat: natanti piſcis vorax, qui Tuberon dicitur vno morſu digitos raptauerat, laute copioſeque noſtros alluit. Poſt triduum abeunt ad occidentem ſemper, vidēt procul montes, Iucatana erat inſula, quę à Cozumella quinq; tantum milib9 paſſuum diſtat, Iucatanę latus meridionale capiunt, putato continenti proximum circumeunt, illam nequeunt vniuerſam, ob frequentes ſcopulos, & ob harenoſa vada. Ad iam notū latus boreale Alaminus nauclerus naues reducit. Ad idē oppidum Campechium & Lazarum regulum ad quem priores ſuperiori anno proficiſcuntur, placide ſuſcepti ad oppidum inuitantur: inuitaſſe pœnituit: ad lapidis iactū ab oppido noſtros ſiſtere iubent: accolę abire imperant, aquandi petunt co-

Cozumella inſula

tunt copiam priuſquam diſcedant noſtri, puteũ á tergo relictum monſtrant, licere inde aquã hau rire, aliunde minime inquiunt: pernoctatum eſt in vicino putei campo: diffidunt barbari, armatorum tria circiter milia caſtra locant non longe á noſtris: pars vtraq; noctem duxit inſomnem: illi noſtrorum eruptionem in pagum, noſtri bar barorum impetum repentinum veriti, tubarum clangoribus, & tympanorum boatu ſomnolentos excitabant: vbi illuxit, accedunt barbari, appellant interpretes Cubenſes noſtros, quorum idioma, ſi non idem, conſanguineum tamen: face thurea inter vtrunq; agmen accenſa, minãtur internecionem, ni prius abire properauerint q̃ fax extinguatur: nolle ſe hoſpites proteſtãtur: fax cõ ſumitur, deuenitur ad manus, perimunt é noſtris vnum, quem ſagitta male ſcutatum reperit, multi feriuntur: ad tormenta quę apud puteum erant locata, ſe reducunt noſtri, vt inde globos iaculẽtur in barbaros: retrocedunt ad oppidum barbari, milites feruenti animo cupiebant illos perſequi, vetuit Griſalua prętor. Inde procedũt ad Iucatanę calcem vltimum, ducentorum reperiunt eſſe miliarium, amplius productam ab oriẽte in occidentem: portum petũt egregium, cui nomẽ dedere Portus deſyderatus. Ad terras deinde transfretant alias, & terram prehendunt Iucatanę vicinam ab occidente: dubitant ſit inſula nec ne, continenti eſſe annexam arbitrantur. Eſt ibi ſinus quem ſuſpicantur ambitum vtraque terra, nil certi, Caluacã, alias Oloan ab accolis hęc tellus appellatur. Flumen ingens ibi repertum, dat ſuo furore in pelagus potabiles aquas, duorum milium ſpatio á prætore Griſalua appellarunt flumen. Admirati noſtras moles mari natantes

barbari accolę vtranque fluminis ripam ad ſex milia armatorum, ſcutis aureis, arcubus & ſagittis, enſibus etiam latis, & haſtis aduſtis armati obſident, prohibituri deſcenſum & littus tutaturi. Stat ea nocte pars vtraq; in alis, prima luce ecce Canoas circiter centum armatis plenas: diximus alias Canoas eſſe lembos vnligneos: et hic ſe Cubenſes interpretes, & hi ſat commode conueniebant in lingua: pax oblata per interpretes admittitur, accedit vna Canoa, reliquæ ſiſtunt. Canoę rector quid noſtri quæritent per alienas terras percontatur: aurum cupere reſpondetur, permutatione tamen, non gratuito aut violẽter. Redit Canoa, quid actum ſit regulo referũt nautæ: accerſitus regulus venit libens: narratu dignũ cubicularium ad ſe vocat regulus, cubicularia iubet afferre ornamẽta, vt prętorem noſtrum Griſaluam ornet imperat, à calceo incipit aureo illũ induere, ocreas, thoracem, & quicquid armorũ ex ferro aut calybe ſolet cataphractus noſter aliquis proditurus ad pugnam ſibi ſumere, vniuerſum id ex auro miris modis formato regulꝰ Griſaluæ impartitur. Compenſat Griſalua ſericeis, laneis ac lineis veſtibus, rebuſq; alijs noſtratibꝰ. In huius Iucatanæ initio, quando in Cozumellam traiecerunt, in Canoam piſcatoriam inciderunt: nouem inerant hamis aureis piſcantes incolæ inermes, capiunt omnes nil timentes. Ex illis vnum agnouit hic regulus, ſe tantundẽ auri miſſurum in craſtinum pollicetur ad Griſaluã, quanti ponderis vir ille reperiretur: negauit redemptionem ſocijs inuitis prętor, illum retinuit ac diſceſſit, quid vltra faciat recogniturus, ad milia centum circiter, ad zephyrum ſemper, ſinum ingentem reperiunt, in quo tres paruæ inſulæ ſitæ

erant,adeunt grandiorem: proh crudele facinus, proh truculentas hominum mentes, ſtomacho claudat portas quiſq; pius ne perturbetur, pueros puellaſq; ſuis dijs immolant paſſim, ſunt recutiti,ſimulacra quę colunt,partim ſunt marmorea quędam,alia fictilia: marmoreas inter imagines extat leo pertuſa ceruice, in quam miſerorũ ſanguinem projciunt, vt inde fluat in lacunam marmoream. Quibus ceremonijs miſerorũ ſanguinem litent referamus,non iugulis, ſed pectoribus apertis ex infauſta victima cor eruunt, eius calido cruore idolorum labia illiniunt, reliquum fluere patiuntur in lacunam: inde in apertum,cor & extra comburũt,gratum fumum dijs fore arbitrãtur. Ex idolis vnum eſt virile, quod inflexo capite lacunam ſanguinariam ſuperinſpectat,tanquam acceptans ſacrificium hoſtiarum. Torulos brachiorum & fœmorum, ac ſurarum pulpas edunt, præcipue ſi hoſtem bello victum ſacrificauerint. Riuum concreti ſanguinis,veluti ex carnificina exeuntem repererunt. Ex inſulis vicinis ad id facinoris miſeros tranſportant,capita cadaueraq; ibi truncata viderunt innumera,integra etiam pleraq; velaminibus contecta. Vniuerſi tractus illi auro gemmiſq; abundant. Pererrãs inſulam vnus è noſtris in duos ſemiſuffuſos vrceos alabaſtrinos perpulchre laboratos lapillis incidit,diuerſorum colorum plenos. Aiunt lapillũ ſe reperiſſe,q miſſus eſt ad gubernatorẽ,valoris duorũ miliũ Caſtellanorũ auri. Sacrificij hanc inſulã appellarũt. Extãt & in huius Colluacanæ lateribus alię ſitę inſulæ,in quibus ſolę mulieres habitãt ſine virorũ cõmercio. Putãt aliqui Amazonico viuere more,q prudẽtius rem ponderãt cœnobitas eſſe virgines, ſeceſſu gaudentes, vti

Sacrificij inſula

apud nos,& multis in locis apud veteres Veſta les,aut Bonę deę ſacrę. Certis anni temporibus traijciunt ad eas viri,non coitus cauſſa,ſed moti pietate,campos & hortos illis compoſituri,quo cultu queant vitam ducere. Fama tamen viget, eſſe alias inſulas fœminarum ſedes,ſed corrupta rum,quę mammillam à teneris ſcindunt,quo fa cilius queant ſagittariã artem exercere: ad eaſq; traijcere coitus cauſſa viros, nec retinere mares. Fabulam puto. Ad littus ergo Colluacanę terræ ſe applicant noſtri,placide negociantur, aureum regulus cacabum,armillas,torques,bullas, multaq; pręterea diuerſorum generum monilia noſtris impartitus eſt:noſtri contrà noſtratibus illum alacrem reddunt. Figere hic pedem, & colo niã deducere cupiebant:prohibuit Griſalua prętor,deſperatis animis vixerunt eo tempore cõmilitones in prętorem. Turritis conſtat ædificijs hęc prouincia,oppidis ampliſſimis quindecim, et alicubi viginti milium domorum ſe aliqua vi diſſe atteſtantur. Sunt non vbiq; connexę dom⁹ hortis et cortibus interſecantibus,multę diſtant à ſeipſis,plateas habent mœnibus circumſeptas in quibus fora nundinaſq; exercent,vias ordine ſtratas,furnos,fornaceſq;, calcem ac lateres coctos habent,figulos,lignarioſq; fabros,& artifices,mœchanicarumq; artium omnium opifices aſſequuntur egregios. Potanchanus hic regulus dicitur,regio Palmaria,eius oppidum regiũ aiũt eſſe domorum quindecim milium. Quando nouos hoſpites ſuſcipiunt,qui pacem in illis terris admittunt,in amicitiæ fœdus ſibijpſis cum nouacula vel gladio lapideo ſanguinis parumper ex lingua vel manu,aut lacerto, vel alia quauis corporis parte,hoſpite inſpectante eruunt. Sacer

Amicitiæ fœdus

dotes

cerdotes viuunt cœlibes & incorrupti. Quid ſit coire nemo intelligit, donec nubat. Nephas & morte piandum eſt aliter accidere. In fœminis mira caſtitas. Licet vnicuiq; potenti, poſtquam vnam duxerit vxorem, habere pellices quotq̃t voluerit: ſed nupta adulterio comprehenſa venditur à marito, primario tamen principi, à quo licet mulieris propinquis illam redimere. Nemini non coniugato phas eſt iungi in mēſa, vel eadem lance veſci, aut poculo bibere, paremq; coniugato ſe prębere. Auguſto Septembriq; menſe quinq; ac triginta dies abſtinent, non à carnibus modo, quas aſſequuntur optimas, ſed neq; piſcibus veſcuntur, aut re aliqua, quę ſanguinem nutriat: hortenſibus ac leguminibus illos dies peragunt. Menſes viginti dierum numero claudunt: annum vero menſibus viginti: aliquot ibi dies lautos egere. Abeunt, littus idem ſequuti, regulū conueniunt alium, cui nomen dedere Ouandus: regulus vbi noſtros aurum cupere intellexit, laminas cōflatas attulit aureas, ſe copiam eius metalli deſiderare prætor ſignificauit per interpretes. Poſtero die aureum hominis ſimulacrum, pigmeum, flabellumq; aureum, & artificio vario laruam iubet afferri, calculorumq; ſerta, pectoralium, & bullarum copiam, & diuerſorum generum ornamenta & variorum colorum lapillos noſtris eſt impertitꝰ, dapibus quoq; lautiſſimis perſapide conditis ſaturauit. In littore inuitatos properanti curſu, frondentibus ramis ex reguli mandato erectis, ilico ſcenis contegebāt, inertes in ramis ferēdis: familiares regulus percutiebat ſceptro, quod manu geſtabat: ſerui demiſſo vultu quęcunq; verbera patiēter ſuſtinebāt. Interrogatus, vbinā auri tanta colligeret copia, ꝓximos

 digito

digito monſtrauit montes,& flumina ab illis de currentia.Sunt hi fluminibus ac lacubus adeo aſ ſueti,vt idem illis ſit natare, quod terra incedere. Merguntur flumine quando aurum placet colli gere,manuſq; arenis efferunt plenas, demum de manu in manum cribrantes arenam,aurum deli gunt.Spatio duarum horarum dicunt auro im plere cannulam digitalem.De ſuffumigijs & ha rum terrarũ odoribus dulcia molliaq; dici quæ unt,quę prętermittimus, quia magis ad effœmi nandos animos faciunt, quàm ad bonos mores. Puerum annorum duodecim oblatum à regulo recuſauit prętor,puellam admiſit pulchre ornatã ſocijs inuitis puerum abiecit. Ex lapillis ab hoc regulo habitis,vnum ſcribunt eſſe valoris duo rum milium caſtellanorum auri. Diſcedunt tan dem ab hoc regulo auro & gemmis onuſti.Gri ſalua prętor vnam è Carauellis ad patruum gu bernatorem deſtinat ad Fernandinam cum nun cijs & habitibus auro et gemmis.Littus interea ſecant,reliqui occidentem verſus,vna vero pro pius ferè littus abradebat,qua Franciſcus Mon tegius ſubprętor vehebatur: duæ per altum ten debant in proſpectu:admirati accolæ , rem nouã miraculo aſcribunt. Duodecim ad Montegium veniunt Canoæ,per interpretes colloquuntur, benigne ſe inuicem ſalutant, ſupplices orant in colæ vt deſcendant, magna pollicentur ſi regulũ patrię adierint:precibus eorum negat Montegi us ſe poſſe annuere,quia ſocij nimis à ſe diſtarent contentos tamen dimiſit, datis quibuſdam no ſtratibus muneribꝰ illis gratis,quia ignota ſunt. Celebre oppidum aliud adeunt,ad littus ſeſe ap plicant vnà tres Camarellæ, prohibentur ab ac colis deſcendere,ſcutis,arcubus plenis pharetris

& ligne

&ligneis latis enſibus atq; haſtis aduſtis armati ad noſtros prodeunt, ſagittas iaculantur eminus illi, tormentorum globulos in barbaros noſtri. Machinarum ſtrepitum admirati, ac furore perterriti aufugiunt, pacem optant. Iam commeatꝰ noſtris deficiebant, iam quaſſatæ longis itineribus naues erant. Ad inſulam igitur Fernandinã factis & repertis antedictis, contentus Griſalua, ſocij haud quaquam reuertuntur. Nunc diuertendum eſt parumper, & alia nauigatio pertactãda. Hinc ad has regrediemur terras, quas noſtri repetierunt. Diecus idem Velaſquen gubernator eodem ferè tempore, quo claſſem eam quatuor Carauellarum parauerat, aliam deſtinauit vnius Carauellę tantum, & vno Bergentino comite, cum viris quinq; ac quadraginta. Violentas hi manus in accolas exercuerunt. Idolorum ſectatores ſunt & recutiti, propterea licere illos trahere ad aurum ſuffodiendum putauerunt. Sunt littori continentis in modum proximę paruę inſulę multæ, vbertate ſoli, & fortunatiſſima gleba beatæ, Guanapan, Guanguan, Quitilla: ex vna iſtarum tercentum rapiũt vtriuſq; ſexus accolas (huic inſulæ poſuere nomẽ Sanctæ Marinæ) in Carauellam hos inculcant, & ad Fernandinã tendunt, Bergantinum cũ ſocijs quinq; ac viginti relinquunt, qui dent operã venationi hominum vlteriori. Portus quem prehendit Carauella, Carenas dicitur: diſtat is ab angulo Cubę primario diui Iacobi milia ducẽta quinquaginta. Hæc inſula eſt longiſſima, porrecta ab oriẽte in occidentẽ, quã cãcri tropicus interſecat. Miſerorũ vindictam quęrente fortuna, è cuſtodibus in terrã deſcendũt quidã, pauci remanent. Nacti occaſionẽ recuperandę libertatis inſulares, raptis noſtrorũ

telis ruunt in cuſtodes,perimunt ſex,deſiliunt in mare reliqui: Carauella potiuntur inſulares,rege re illam didicerant, redeunt in patriam: ſed primo in eandem inſulam vicinam deſcendunt, Carauellam exurunt, tela ſecum aſportant, lembis traijciunt ad ſuos,relictos noſtros cum Bergantino adoriuntur,proſtrant,perimunt:qui euaſere infelices ad Bergantinum profugiunt. Arbor eſt littori proxima,crucem in eius arboris cacumine locant,& ſuperiorem arboris corticem his verbis inſcribũt, Vannuis Aldarieci. Eſt Dacien fluuius,in cuius ripa ſitum eſt oppidum putati continentis primarium. Re intellecta gubernator,in relictorum auxilium propere mittit naues duas bellatoribus onuſtas,ſero ſapiunt: res iam acta erat,crucem ſequuti littus adeunt: literas legunt arbori inſculptas,non auſi ſunt fortunam tentare,cum deſperatis egregie armatis pręcipue recedunt:ex inſula proxima iſti tanquam lepores abducunt vtriuſq; ſexus quingentos,eadem cauſſa arbitrati iure merito poſſe id efficere,quia recuti ti. Idem his euenit ad Fernandinam applicatis, vnum è nauibus ferociter aggrediuntur, acriter dimicando,cuſtodes Hiſpanos perimunt quoſdam,cęteri ſeſe in mare proijciunt,& ad ſociam, quę proxima erat,Carauellã adnatant, vnâ oẽs cum ſuperſtite Carauella raptatã adoriũtur. Dubia fuit quatuor horarũ ſpacio victoria, pro libertate recuperãda tam viri quàm fœminæ rabidè pugnabant,ne adeptam amitterent prædam, Hiſpani acrius dimicabant:vicerunt Hiſpani tãdem,quia pertractandis eſſent agiliores: in mare ſeſe proijciunt victi barbari,cum lintribus recolliguntur,tum ferro perempti in certamine, tum aquis ſuffocati circiter cẽtũ:defuere ex Hiſpanis

pauci

pauci, ad diui Iacobi oppidũ & aurifodinas tra-
huntur. Ad aliam dehinc tendunt è vicinis inſu-
lis, quę ſunt ibi frequentiores, q̃ in noſtro Ionio
ſymplegades, quarum congeriem Archipelagus
vulgus appellat: hoſtiliter ſuſcipiũtur, quotquot
è nauibus deſcẽderũt, perempti aut percuſſi ſunt.
Putant hãc eſſe inſulam, Ioannes quidã Pontius,
vnius claſſiculę præfectus adiuit, & perturbatos
reliquit: fugatur ab accolis, floridamque appella
uerat, quia reſurrectionis die eam inſulam repere
rint, vocat Hiſpanus Paſcha floridum reſurrecti-
onis die. Sex & viginti, inquiunt, ſe vidiſſe inſu
las, ſed à colono prius prçterlapſas, tanquam Hi-
ſpaniæ Cubæque cuſtodes, in quibus venientes
oceani procellæ illiduntur. Natiuum in pleriſq;
Granatum aurum reperiũt; monilia & iſti varia
geſtãt, & laruis vtuntur, tum ligneis deauratis,
tum aureis perpulchre ornatis. Opifices ſunt vbi
que argutiſſimi. Ex laruis vnam ſecum attulit
Franciſcus Chieregattus, ex ea colligere licebit,
quali polleant ingenio. Nouacularum ſtructu-
ram mirum eſt videre, ex lapidibus flauis quibuſ
dam diaphonis vti cryſtallinis eas formãt, & cũ
eis radunt haud ſecus ac ſi ex egregio chalybe fa-
ctæ eſſent: ſed, quod ſpectatu dignum eſt, quãdo
obtuſam iam habent ex exercitatione aciem, non
cote, non lapide, neque puluere illas acuunt, ſed
tantum aqua impoſita temperãtur. Sunt & apud
hos inſtrumentorum & elegantium rerum mil-
le genera, quę longum eſſet narrare. Redeamus
ergo vnde ſumus digreſſi, ad Cozumellam, Iu-
catanã, ac Colluacanam ſiue Olloam, terras dites
ac elyſias recenter repertas, à quibus diuerteram
reuertor: vbi quãti ſint momenti tractus illi, co
gnitum eſt, Cubę inſulę habitatores Hiſpani, gu

Nouaculę ex lapidibus.

bernatore Annūcte, nouam claſſem inſtruūt Caɂ rauellarum decem, cum viris quingētis, additis, vti leuis armaturæ, equis duobus bergantinis, quorum opera vtūtur ad vadoſa littora, frequentium ſcopulorum diſcrimina tentāda. Equos naɂ uibus imponūt, quinque mares; fœmellas vero ſedecim bello aptas. Fernandum Corcheſium, qui tūc erat prætor vrbanus, generalem eligunt claſſis gubernatorem & prætorem , ſubprætoɂ res vero Alfonſum Fernandem Portucarerium, Franciſcū Mōtegium, Alfonſum Auilam, Alueɂ radum commendatarium Spatenſem, Ioannem Velaſquem, Diecum Ordaſſum : ventū ſequunɂ tur eundem, ab angulo Cubæ vltimo, ad occiɂ dentem. Quamprimum Franciſcus Fernandes Cordubenſis, mox Ioannes Griſalua, ad proſpeɂ ctum inſulę ſacrificiorum, de qua mentionem feɂ cimus, deueniunt, inſperatus acer turbo captare terram vetuit, verſis illos veſtigijs ad Cozumellam Iucatanę orientalem fera tempeſtas trāſporɂ tauit. Portum habet vnicū hęc inſula, cui nomen Sancti Ioannis porta, latine indiderunt, ſex oppidis tantum contēta eſt, & aqua puteali, aut ciſterɂ nali, fluminibus caret et fontib⁹, quia plana, quinque tātum ac quadraginta mille paſſuum ſpacio ambitur. Aufugiunt incolę ad ſyluas nemoroſas oppida deſerūt prę timore: vacuas domos ingrediuntur noſtri, patrijs fruuntur cibis, domorū ornatus variorum colorum, aulęa, veſteſq́; ac lodiɂ ces, amaccas appellant, ex gonſapio natiuo repeɂ riunt. Habēt etiam innumeros libros. De his cū cęteris ad nouum Cęſarem noſtrum aduectis late dicemus. Perluſtrant vniuerſam noſtri milites compoſitis tamen agminibus, ne quauis ingrueɂ ret: paucos repererūt accolas, vna fœmina comiɂ

te, per

te per interpretem Cubenſem, Iucatanos tres a-
lios abductos à primis Hiſpanis,fœminam hor-
tantur,vt abſentes accerſat regulos. Fœminæ fa-
miliares erant accolę cum ea ducti, à fœmina vo
cati per nuncios veniunt reguli, fidem amicitiæ
pręſtant,domos patrias alacres repetunt, multa
ex raptis ſupellectilibus reſtituuntur,idololatras
& recutitos eſſe reperiunt:pueros puellaſq; Ce-
mibus immolant.Sunt Cemes nocturnorum le- Cemes
murum ſimulacra quę colunt. Interrogatus à me
Alaminus Nauclerus,Franciſcus Montegius,&
Portucarerius nuncij,qui regi munera attulerunt
vnde immolandos habeāt pueros puellaſq;. Ab
inſulis collateralibus,inquiunt venum ducuntur
permutatione auri aut aliarum merciũ. Nuſquā
enim feralis monetę dira ſolicitudo in tam vaſto
terrarum ſpacio habitatores premit. Idem aiunt
de reliquis nuper inuentis inſulis,è quibus duas
nominant,Deſtam & Seſtam, vbi nudi degunt,
puerorum puellarumq; inopia canibus litāt. Ca
nes alunt comedendos,vti cuniculos alit gēs no-
ſtra,non ſunt latrabiles,roſtro vulpino, quos ad
eſum deſtinant,pullos caſtrant, ad ſobolem pro-
creādam fœminarum copiam, marium numerũ
exiguum ſeruant,vti de ouibus paſtores noſtri:
pingueſcunt caſtrati vſq; ad quadrimeſtre mirũ
in modum. Ab his ſacris noſtri illos deterrent,
nephas eſſe oſtendunt,legem petunt quā ſequan
tur, eſſe Deum vnicum qui cœlum creauit ac
terras, bonorum omnium datorem, ſub tripli
ci perſona vnitum in ſubſtantia, facile perſua-
dent: Cemes perfringi patiuntur: Beatæ vir-
ginis imaginem depictam à noſtris præbitam
in ſacro ſui templi loco ſiſtunt, templum ac
eius pauimenta verrunt & abradunt, crucem
ob ip-

ob ipſius dei atque hominis laudem, ob ſalutem humani generis ſuperimpoſitã recordatione adorandam receperunt, in templi cacumine vnam ingentem ligneam locant. Conueniunt omnes Deiparæ virginis cum tremore reuerenti figurã ſuppliciter veneraturi. Per interpretes ſignificarunt hi accolę eſſe in Iucatana vicina inſula Chriſtianos captiuos ſeptem, qui ad eam, tempeſtatibus raptati, appulerãt, quinque tantum miliorũ ſpacio dirimitur à Iucatana hæc inſula. Quinquaginta viros cũ duabus carauellis prętor Corteſius ad id negocij deſtinat perquiſitores, Cozumellanos tres ſecum aduehunt cũ literis ad Chriſtianos, ſi qui reperiantur: quâm egregium facinus ſint acturi, ſi aliquem adduxerint, oſtendit, rem ardenter commendat, ab illis nanque ſperat lucidiorem ſole ſe tractuum illorũ omnium notitiam habiturum. Abeunt bonis auibus, ſex dies eis aſſignãtur ad reditum, octo expectarũt: demiſſos in terrã Cozumellanos nuncios trucidatos aut detentos ſuſpicati ſunt: illis relictis, redeunt ad Cozumellã noſtri. De diſceſſu ex Cozumella cogitabat iam vniuerſa claſſis, oppoſita illam vis maris detinuit. Ecce ab occidente Canoam inſpectãt venientem ab Iucatana, Chriſtianum vnum è captiuis aduehit, ſeptennio is vitã degerat apud Iucatanos, Hieronymum Aquillarem nomine, virum Aſtigetanum Vandalum: quo gaudio ſeinuicem fuerint complexi, caſus loquatur: infelicem ſortem ſuam, & ſociorum vnà amiſſorum enarrat, auditur attentis mentibus: nec diſſonum fore arbitror, nec tuæ beatitudini moleſtum, ſi rem, vt accidit, recenſuero. In meis decadibus mentio facta eſt de nobili quodam Aldiuia ab Darianenſibus miſſo. Sinus Vrabæ

in pu

In putato continenti habitatoribus, ad Hiſpanio lam, Admirāti Colono, proregi & ſenatui regis (ad quos pertinet putati continentis remedium) ſignificatum qua rerum omnium penuria vrgerentur: ſiniſtris auibus miſer Aldiuia prouinciā ſuſcepit: in Iamaicæ inſulę Hiſpaniolę Cubęque laterali à meridie proſpectu repentinus vortex in arenoſas detulit ſyrtes. Ea voracia cæcaque vada Hiſpani vocāt viperas & quadranter viperas, quia ibi multę naues implicātur, vti viperina cauda lacerti: diſcinditur Carauella, vix Aldiuiæ & è socijs triginta licuit in Carauellę ſcaphā deſcendere: ſine remis, ſine velis miſerè raptātur à pelago defluenti: Diximus nanque in Decadibus, eſſe ibi maria perpetuo fluxu labentia in occidentem: tredecim errarunt dies inſcij quo tenderent, nil eſui aptum repererunt vnquā, ſeptem ex eis conſumpſit fames, fuerunt ipſi marinis piſcibus eſca, in Iucatanam tranſportātur. Superſtites iam inedia deficientes in crudelis reguli po teſtatem inciderunt. Valdiuam prætorem vnà & ſocios quoſdā trucidauit, mox immolauit Ce mibus, demum cum vnitatis amicis comedit. Hoſtes autē, aut appulſos hoſpites hi depaſcunt, de reliquo, à carne humana abſtinent. Hic Hieronymus Aquillaris, & socij ſex in tertium diem immolandi ſeruabātur, nocte ruptis vinculis tru culenti manus tyranni euaſere: ad regulum huic infenſum, ſupplices confugiunt: admittuntur, ſed in ſeruitutem. Admirandum auditu eſt de huius Aquillaris genitrice: vbi rem intellexit, illico inſaniuit præ dolore, licet in nube tantum filium audiuerit, in poteſtatem carnes humanas edentium incidiſſe. Hæc ſi quando carnes aſſatas inſpectat, aut verubus affixas, clamoribus do

mum

mum replet,inquiens, En matrem omnium miſerrimam,en filij mei fruſta. Habita igitur epiſtola pretoris Aquillaris per Cozumellanos nuncios,coram regulo Hero,qui Taxmarus dicitur, quid Cozumellani afferant enarrat, de potentia regis eorum,qui ad eas partes appulerunt,deque virorum fortitudine, de illorum beneficentia in amicos,de ſeuitia in detractantes, vel eorum poſtulata reſpuentes,multa ediſſerit:trementem reddidit Taxmarum . Det operam,ne hoſtes ſuam ditionem ingrediantur,ſeruum rogat,ſed pacato veniant animo. Pollicetur Aquillaris pacem, &, ſi opus fuerit,contra hoſtes auxilium & fauorē. Aquillarem dimittit,treſq; illi dat familiares comites:ita iunctim traijciūt ex Cozumella in Iucatanam,ad flumen,Alamino nauclero regente, aliâs repertum tendunt: fauces eius arenis erant concluſæ,vti de Nilo Aegyptio legitur, flantib9 Eteſijs,propterea maioribus non licuit nauibus aduerſo flumine procedere,quamuis ſit aliâs huiuſmodi nauibus aptum ſuſcipiendis. In Bergantinos & nauium lintres ducentos viros in littus exponit pretor. Per Aquillarē pax offertur. Quid ſibi velint percontantur accolæ : Dapes inquit Hieronymus Aquillaris . Spacium erat ingens arenoſum ad latus oppidi,illuc tendant, inſinuāt accolæ. Eunt. Poſtero die afferunt gallinas octo earum more,quę ſunt pauonibus neq; minores, neq; inſipidiores,ſuffuſci coloris, & tantū Maijcij,quantum vix ſufficeret decem famelicis . Eſt
Maijcium autem Maijcium frumenti granum quo ipſi panem conficiunt,noſtro panico non multum diſſimile. Proteſtantur vnà vt inde diſcedant, propere ingens armatorum ad noſtros diſcedere renuētes multitudo concurrit iterum, quid ſibi velint
per

per alienas terras vagantes interrogant:pacem ſe cupere,per Aquillarem reſpondent noſtri, & rerum permutatione dapes,aurumq́ʒ,ſi aurum poſſident:nolle ſe pacem aut bellum cum eis,reſpondent:abeant iterum,ni malint vſq́ʒ ad vnum trucidari:nolle abire,noſtri inquiunt, non habita ciborum copia,quę alendis militibus pręſentibus ſufficiat:craſtinum adferenda cibaria ſignant: mẽtiti ſunt:mane ſequenti noſtris,qui caſtra locarãt in arena,& fuerant pernoctati , tantundem afferunt epularum,& ſui reguli nomine iubent abire Cupere ſe oppidum videre, & potiores dapes, noſtri dicunt. Recuſant illi,& terga vertunt ſubmurmurantes:inedia noſtri vrgebantur,victum quęrere coguntur. In terram mittit ſubprætores prętor cum viris centum quinquaginta: Per diuerſa tendunt ad oppidana rura: è turmis vnam, obuij barbari male tractabant:non longe aberãt ſocij,audito ſtrepitu,laborãtibus ſocijs opem ferunt. Alia ex parte prętor tormenta in Bergantinos & ſcaphas locat,ad littus ſe applicat cum reliquis militibus, littus tutaturi , & prohibituri deſcenſum:properanti curſu ad pugnam parati, occurrunt barbari,ſagittis & iaculis eminus noſtros impetunt,feriunt imparatos : viginti circiter tormẽta in hoſtes prętor exonerat:ſtrage globorum & ſtridore,ac flammarum eruptione perculſi,perturbãtur palantes crurũ tenus , in aquas ſe proijciunt: & noſtri hoſtes inſequuntur fugiẽtes,vnà cum perterritis oppidum ingrediuntur: continuo curſu barbari traijciunt oppidum , & domos deſerunt. Ad fluminis ripam protentum dicunt eſſe oppidum,quantum non auſim dicere mille quingentorum paſſuum,ait Alaminus nauclerus,& domorum quinq́ʒ ac viginti milium:
ſtringunt

ſtringunt alij, ingens tamen fatentur & celebre: hortis interſecãtur domus, quę ſunt egregie lapi dibus & calce fabrefactæ, maxima induſtria & architectorum arte. Ad quarum ſedes habitabi les per decem & duodecim alicubi gradus aſcen ditur, & ſpacijs interiectis ſecãtur. Nemini qui dem licet vicini murum trabibus onerare, ſunt domus omnes trium domorum intercapedine ſeparatæ, culmis tamen & paleis coopertę maio ri ex parte, lapideis laminis pleræque. Quadra ginta hominũ milia barbari profeſſi ſunt eo die pugnę interfuiſſe, victos tamen à paucis ob no uum pugnandi genus cũ tormentis: & quia prę tor in terrã equites ſexdecim expoſuerat, qui pu gnæ interfuerunt, à tergo barbaros adorti, tur mas ſindebãt celeri curſu,non aliter quàm ſi gre ges ouium interficerent, perimendo, feriendo à dextris & à ſiniſtris: miraculo perculſi miſeri hę ſitabãt,neque exercendi tela locus dabatur, idem animal arbitrabantur hominem equo annexum, vti de centauris nata eſt fabula. Duos & viginti dies ſunt potiti oppido, laute ſub tecto noſtri, ſub dio barbari eſurientes degunt, neque ſunt au ſi noſtros adoriri: munitiorem oppidi partem, veluti arce tuti elegerunt, nocturnis que freti cu ſtodijs, ſuſpecti ſemper eruptionẽ timentes,ſom no vacabant. Potanchanum dicitur ab accolis oppidum, & à victoria ibi adepta, Victoriam noſtri appellarunt. Mira etiam de atriorum ru ralium ad delicias in prędijs ædificiorum magni ficentia, magnitudine atque elegantia, cum ſola rijs, impluuijs, & tabulatis egregijs more no ſtro: vt quatuor Hiſpani rurale quoddã ingreſſi, per horas quatuor in eo vagati fuerint, antequã ipſius exitum ob magnitudinem comperire po

tuerint,

tuerint. Per interpretes tandem & captos in prę
lio, regulum & eius primarios accerſunt, vt iner
mes & ſupplices veniant: datur opera, parent di-
cto, domus quiſque ſuas repetit, pacem illis prę-
ſtant lege propoſita, vt ab horrentibus humano-
rum corporum ceremonijs erga manes & perni-
cioſos dæmones, quorum ſimulacra venerãtur,
abſtinerent, noſtroq; Deo CHRISTO cœli
terrarumq; ſatori, ex virgine munda pręſtito, &
ad humani generis leuamen crucifixo, dirigant
mentis oculos, vtque regi Hiſpaniæ ſe ſubditos
fore profiteantur. Pollicentur vtrũque, quãtum
breuitas temporis paſſa eſt inſtruũtur, reſtitutos
noſtratibus muneribus contẽtos reddunt. E cœ
lo miſſos arbitrãtur viros, qui adeo pauci nume
ro auſi ſint contra ingentem multitudinem ma-
num cõſerere: noſtros & illi quibuſdam aureis
donis affecerunt, ſeruas etiam viginti donarunt.
His ita relictis, alias eorundem littorum terras
quæſituri abeunt, ſinum repetũt ſub Griſalua re-
pertum ab Alamino, cui nomen dedere Bian ſan
cti Ioannis: Bian vocat Hiſpanus ſinum. pacatis
animis veniũt accolæ. Ab littore oppidum erat
diſtãs miliare, domorum aiunt mille quingenta-
rum, ſuper tumulo erectum: ad oppidi hoſpitia
inuitãt noſtros, dimidiam oppidi partem offerũt
ſi perpetui velint eſſe habitatores ſecum: putant,
vel Potanchanẽſium exẽplo perterritos, ad quos
iam forte fama peruenerat, vel ſub talium viror
vmbra ſperaſſe in vicinos hoſtes fauorem & au-
xilium habituros. Perpetuis nanque mutuis ſe
bellis conficiunt imperij cupiditate. Recuſant
æternam ſedem, annnunt temporaneæ. Redeun
tes ad littus noſtros ſequitur populus, ſcenas il-
lis & ramata mapalia ſumma cum diligentia eri-
F gunt,

gunt,& tutiſſimis tegminibus à pluuia cooperi‑
unt:caſtra ibi locant,ne marceſcant ſocij. Prætor
Alamino nauclero & Franciſco Montegio dat
negocium,vt illius terræ occidentem veſtigare
intendant,feſſos interim ipſe recreaturus, & cu‑
raturus ſaucios.In Potanchano manet ergo prę‑
tor cum reliquis,Bergãtinos prębet ituris duos,
homines quinquaginta.Ad hunc vſque ſinum le
nis erat decurſus aquarum:vbi paulo inferius ad
occidentem adnauigarunt, ac ſi ex montibus al‑
tis à torrente raperentur,ita impetus illos æquo‑
ris breui ſpacio ad quinquaginta à ſocijs trãſpor
tauit miliaria,in aquarum concurſum incidunt.
A lęua vaſta maris planicies ſeſe oſtẽdit, quę de‑
ſcendentibus ad occidentem vndis obuiabat,vti
duo ingentia flumina,quando conueniunt ex ad
uerſo,ita videbantur à meridie venientes aquæ,
tanquam hoſtibus in ius alienum pedem inferẽ‑
tibus,primis poſſeſſoribus velle obſiſtere.Ex op
poſito terram viderunt longe à læua & à dextra,
minime fluctuabant,inter eos conflictus vortici
bus agitabantur in diuerſa,qui ferè illos degluti‑
erant,ſine ſpe vitę diu hęſitarunt,flectunt proras
aduerſo torrente vnde venerant, luctãtur remis
veliſq; innixi, ſuperare vix poterant impetum,
quando ſeceſſiſſe putarunt ad minus paſſuũ duo
milia,vna nocte quatuor ſe fuiſſe retractos inue‑
nerunt. Vicerunt tandem illud graue certamen
deo fauẽte.Duos & viginti dies in eo paruo ma
ris ſpacio conſumpſerunt,ad ſocios tandem rede
unt,rem aperiunt,finem eum eſſe terram Collua
canæ,putatiq; continentis adiudicarunt.Terram
vero procul viſam à fronte, vel continenti no‑
ſtro annexam, vel Septentrionalibus coniungi
plagis ad Bachalaos,de quibus late in decadibus
Reſtat

Reſtat adhuc res hęc in dubio, detegetur aliquando. Dum Alaminus & Franciſcus Montegius hęc ſecreta inueſtigarent à rege prouinciæ, qui Multoxumam dicitur, per vnum ex eius proceribus prędicto imperantē oppido, nomine Quintalbitor, multis precioſis miriſq; modis laboratis muneribus aureis, argenteiſq; & lapillis ornatis noſtri donantur: ſtatuunt ad nouum Cęſarem noſtrum mittere de colonia deducenda, gubernatore Dieco Velaſquen inconſulto, qui eos cū mādatis miſerat, vt prouincijs peragratis, & redempto auro, regrederentur. Conſilium ineunt, in diuerſa tendunt, errorem fore proponunt aliqui: pars maior ſuffragatur, non eſſe de gubernatore curandum, quādoquidem res ad maius tribunal ad regem ſcilicet deduceretur: vicit populus. A benigno rege commeatum capiunt. Ad milia inde duodecim in gleba fortunatiſſima condendæ colonię locum aſſignant, generalem eligunt gubernatorem, prætorem ipſum Cortheſium: non deſunt qui putent eo inuito. Is magiſtratus alios creat, ad condendę vrbis regimen, Portucarerium & Montegium, de quibus ſatis: nuncios ad regē mittendos eligunt eodem Alamino nauclero duce, quatuor ſponte ſua primarij noſtras viſum terras veniunt, regemq; adeo potentem, vt eius autoritas tam in infinitum protendatur: ducuntur & fœminę duæ, quę noſtris more patrio pareant & obſequātur. Suffuſca gens eſt, auricularū torulos vterq; ſexus perforat, gēmatoſq; aureos perpēdiculos circūferūt. Sed viri quicqd eſt inter inferioris labij marginē extremū, et dētiū inferiorum radices pturāt (vti nos auro digitos geſtādo circūligam⁹) in eo labiorum foramine ampliori, lamina ſubtili retinētę interius prodeūtē, argenteum

Carolenum æquat eius morulis rotunditas,craſſitudo digitum. Fœdius me vidiſſe nunquã recordor. Putant tamen illi elegantius nihil eſſe ſub orbe lunæ. Quo exemplo quàm vane ruat gens humana in ſui cæcitatem, quàmq; fallamur omnes edocemur. Exiſtimat Aethiops nigrum colorem candido pulchriorem, putat & cãdidus aliter: detõſus capillato,barbatus imberbi ſe credit eſſe ſpectabiliorem. Appetitu ergo vrgente, nõ ratione ſuadente tendit gens humana ad ineptias huiuſmodi, regiturque ſuo ſenſu quæque prouincia, vt inquit diuus Hieronymus. Vana eligimus, à certis & commodis abhorremus.

Vnde habeãt aurum ſatis dictum eſt,ſed vnde argentũ noſtri ſunt admirati. Montes altos oſtendunt, horum cacumina perpetuis caneſcũt niuibus,& paucis anni temporibus verticem oſtendunt, ob nubium aut nebularum denſitatem.

Plana ergo vel mitia montana, aurum procreare videntur,aſperi vero mõtes & gelidę eorum valles argentum: aurichalcum etiam aſſequuntur.

Secures bellicas nãque ac ligones foſſorios apud hos inueniunt,ferrum aut chalybem minime.

Ad munera ergo regi allata deueniamus, & à libris ordiamur. Diximus libros habere gentes has: libros attulerunt vnà cum cæteris muneribus, hi Colluacanæ noui coloni, procuratores, nuncij multos. Scriptibilia ſunt eorum folia ex interiore arborum tenui cortice, ſub libro ſuperiore creato. Rarum aiunt eſſe,vti videmus,nõ in ſaliceo aut vlmeo, ſed vti cernere fas eſt in palmularum eſui aptarum, tela dura folia exteriora interſecãte, veluti retia foraminibus & maculis anguſtis cõtexta, bitumine tenaci retiacula compingunt. Ad aptatam hinc formam mollefacta

con-

conuertunt,& extendũt ad libitum,dureq́ facta liniunt gipſo. Putandum eſt autem eos aliqua gipſo conſanguinea materia tabellas vidiſſe. Credendum eſt gipſo in farinam cribrato ſuperſultas,in quibus quicquid venit in mentem, ſcribi poteſt, dehinc ſpongia vel pannulo deleri, vt denuo reiteretur. Ex ficuum tabellis fiunt libelli, quos magnarum domorum diſpenſatores per fora ſecum ferũt, ſtiloq́ metallico merces emptas coaptãt, delendas quãdo iam in computatorios codices traduxerint. Nõ foliatim libros concinnant,ſed in longum diſtendũt,ad plures cubitos: materias in quadratas reducunt partes,non ſolutas, ſed tenaci bitumine flexibili adeo cõiunctas vt ligneis compactæ tabellis, arguti librarij videantur manus ſubijſſe. Quacũque pateat liber apertus, duæ ſeſe facies inſcriptæ offerũt,duæ paginæ apparent, totidem ſub illis latent, niſi protendatur in longum. Sub vno nãq́ folio multa cõiuncta folia cõſiſtunt. Sunt characteres à noſtris valde diſſimiles, taxillis, hamis, laqueis, limis, ſtellisque ac formis eiuſmodi, lineatim exarati noſtro more, Aegyptias ferè formas æmulãtur: interlineatim hominum,animaliumque ſpecies,regum pręcipue ac procerum depingũt,quare credendum eſt geſta eſſe ibi maiorum cuiuſq́ regis cõſcripta, quemadmodum noſtra fit tempeſtate. Videmus ſæpenumero eos generalibus hiſtorijs, fabuloſis etiam codicibus, ipſius rei,quæ narratur, ad alliciendos emere cupientium animos autorum, figuras interſerere,arte quoq́ grata ſuperiores tabulas compingunt, nil differre à noſtris clauſi videntur: legum quoque & ſacrificiorum, ceremoniarumque ritus, aſtronomicasque annotationes, & computationes quaſdam,

ſeminandiq́ȝ rationes & tempora, libris comen-
dant. Annum ab occaſu heliaco Vergiliarum in-
cipiunt, & menſibus claudunt lunaribus. Men-
ſem autem à luna nominant Tona: quum mẽſes
Tona ſignare intendunt, tonas inquiunt: lunam eorum
lingua tona dicunt. Dies autem à ſole, vnde tot
ſoles tot dies: eorum idiomate ſol tonaticus dici
tur, alicubi tamen aliter: ſed nulla ratione moti,
annum diſtribuunt in menſes viginti, menſes au
tem etiam diebus viginti concludunt. Templa
quę frequentant, aureis ornant auleis, & ſupelle-
ctilibus gemmeis admixtis, die illuceſcente thu-
rificant templa, piaſq́ȝ ſpargunt preces ante rerũ
initia. Horrendum facinus in ſacrificijs, & iſtorȝ
tractuum habitatores omnes pro victimis pue-
ros puellaſq́ȝ ſacrificant, eo modo quo ſupra di-
ctum eſt. Quo tempore ſemina iacit in terram, &
quando iam ſpicat ſegetes, populus ſeruos pre-
cio emptos, laute depaſtos, & precioſis veſtibus
ornatos ſuis Cemibus deſtinat ſacrificandos: per
dies viginti immolandos circumducunt, tranſe-
untes per vicos oppidani ſuppliciter ſalutant, ve
luti inter cœlites propediẽ annumerandos. Acri
alia pietate Cemes venerantur, ſuum proprium
ſanguinem offerunt, è lingua, hic è labijs, ille ex
auribus, aliqui à pectore vel femore, aut crurib9,
multi acutis nouaculis vulneratim emũgunt ſan
guinem, quem manu receptũ roratim proiectũ
cœlum verſus, per templi pauimẽta conſpergũt,
ita placatos reddi deos arbitrantur. A villa Ric-
ca, id eſt, noua colonia, diſtat miliaria nouem op-
pidum domorum quindecim milium, veteri in-
colarum nomine Cemobal, nouo Sibylla: regu-
lum reperiunt clauſos habentẽ immolandos ſer-
uos quinque: abductos regulus ſupplex repetit,
inquiẽs,

inquiens, perniciem mihi regnoque huic meo vniuerſo aſtruitis, ſi ſeruos immolandos mihi auferetis. Irati noſtri Cemes ſata omnia à gurgulionibus corrodi, vel grãdinibus deturbari, aut ſiccitate conſumi, vel torrentibus imbribus vaſtari permittent ceſſantibus ſacrificijs. Ne deſperati deſciſcerent Cempoalani, minus malum elegerunt, in pręſentia rati non eſſe tempus eis inuitis prohibere, quin veteres ritus exerceant, ſeruos reſtituerunt. Licet illis ſacerdotes gloriam æternam, & perpetuas delicias polliceantur, deorũq; familiaritatem poſt huius ſeculi procelloſos dies mœſti tamen hęc promiſſa auſcultabant, maluiſſentq; liberari. Sacerdotes Quines appellant, ſingulari numero Quin, cœlibes viuunt & incorrupti. Cum timore reuerenti ſacerdotes venerantur: hoſtium & in bello captorum oſſa carnibus exeſis in faſciculos ligata, ad Cemium pedes ſuſpendunt, veluti victorię trophęa, luctorum titulis ſuperpoſitis. Notandum aliud. Referunt, anniculos iam pueros puellaſq; cum pijs ceremonijs ſacerdotes in templis aqua in crucem cum vrceolo capiti ſuperiniecta baptizare videntur, verba non percipiunt, actus & murmura licet animaduertere. Neque illi, vti Mahumetici aut Iudęi, putant eorũ templa violari, ſi alienigenę legis quiſquam eorum ſacris interſit. De libris, templis, ac ſacrorum ritibus ſatis dictũ putamus, ad alia regi allata munera deueniam⁹. Duas attulerũt molas, vti truſatiles, vnã aureã, argenteã altẽrã, ſolidas, tenues tamen: circũferentia ferè pari ſpitanarum octo & viginti ponderis Caſtellanorũ, eſt aurea trium milium octingentorũ. Diximus caſtellanũ eſſe monetã aureã, quę ducatũ triente ſuperat. Eius centrum occupat veluti regis in thro Quines

 no ſeden

no ſedentis cubitalis imago dimidia,ad genu vſ-
que veſtita, Genij ſimilis, eo vultu quo noctur-
nos lemures pictores noſtri pingere ſunt ſoliti,
campus ramis, floribus effigiatus : eadem eſt ar-
genteæ facies. Ferè idem pondus vtrūq; metal-
lum purum. Aurea etiam grana rudia,non cōfla-
ta,in argumētum auri natiui, vti ciceres aut len-
tes attulerūt. Torques quoq; aureos duos,quo-
rum alter conſtat catenulis octo, quibus inſerti
ſunt rubri lapilli,nō pyropi tamen,duo & trigin
ta ſupra ducētum:virides autem tres & octogin
ta ſupra centum,nō ſmaragdi tamen.Eiuſdē ſunt
exiſtimationis illi,qua hi apud noſtros nobiles.
Ab eius torquis fimbria tintinnabula pendēt au-
rea ſeptem & viginti, figuris quatuor gemmeis
auro ligatis interſecta. Dependēt à ſingulis aurei
perpendiculi. Torquis alter eſt quatuor catenu-
larum aurearū,per gyros rubris ornatarum lapil-
lis centū duobus,viridibus autem centū ſeptua-
ginta duobus,ſex & viginti aureorū tintinnabu
lorū elegāter comptorū.In ipſius torquis medio
decē ſunt inſertæ magnæ gēmæ auro circūligatę,
à quibus centum perpendiculi ſuſpēſi egregie la-
borati.Coriaceos cothurnos diuerſoꝝ colorum
afferūt, fortè duodecim : hos auro,argento illos,
gemmis alios fultos,coloribus tum glaucis,tum
viridibus, à ſingulis tintinnabula pendēt aurea.
Tiaras mitras, varijs gēmis inſutas, glaucis ſap-
phyros æmulātibus refertas portant. De criſtis,
zonis, & flabellis plumeis quid referre queam
nō ſentio. Si quid vnquam honoris hnmana in-
genia in huiuſmodi artibus ſunt adepta,principa
tum iure meritò iſta cōſequentur. Aurum gem-
maſque non admiror quidem : qua induſtria,
quove ſtudio ſuperet opus, materiam ſtupeo:
mille

mille figuras,& facies mille perſpexi,quas ſcribe re nequeo.Quid oculos hominum ſua pulchritu dine æque poſſit allicere, meo iudicio vidi nunquam.Notatum nobis volucrum ſunt pennæ lucidiſſimę,vti pauonum aut phaſianorum caudas viſas admirarentur : ita & nos illorum pennas, quibus & flabella & criſtas conficiunt,& elegãtia ornant cuncta. Glaucos,virides,flauoſq; ac rubros,ac candidos,ſuffuſcos etiam colores pennis ineſſe natiuos inſpeximus:auro cũcta illa inſtrumenta confingunt.Galeas attulere duas gemmis glaucis coopertas: vnã tintinnabulis aureis fimbriatam,& aureis pluribus laminis, duobus aureis calculis tintinnabula ſuſtinentibus:altera gemmis eiſdem,ſed quinq; ac viginti fimbriata eſt tintinnabulis aureis , criſtata viridi volucre conum occupante,cuius pedes,roſtrum, & oculi,aurea.Singula vero tintinnabula ſinguli ſuſtinent aurei calculi,fuſcinas quatuor tridentes pennatas varijs coloribus intextas , quarum dentes ſunt gemmei,filis aureis colligati. Eodem ordine ſceptrum ingens gemmatum cum duobus aureis tintinnabulis.Aureum etiam brachiale , calceos ex corio ceruino,aureo filo conſutos , ſolea candida ſubiecta : ex lucido lapillo ſemiglauco, vnà & candido circumſeptum auro ſpeculum, ſphingem,forte lapidem diaphonium auro circumligatum:magni lacerti caput,et cochleas ingentes duas,anates aureas duas,& variarum volucrum ſpecies aureas.Quatuor & piſces cephalos aureos:& ex aurichalco virgam : pennis miris modis inſuta omnia. Portarunt bellicas peltas,& ancylia.Scuta quatuor & viginti aurea,et argentea quinque.Mitram plumis varijs cõtextam,in cuius fronte media lamina inſculpta eſt

aurea,effigiata Cemi idolo. Figuram quatuor alię ſepiunt in modum crucis aureę laminę,variorum animalium,leonum puta,tigrium,& luporum capita,virgis & tabellis formata animalia, ipſorum corijs ſuperinſutis, aurichalceis tintinnabulis ornata,& diuerſorum animalium corijs integra,& egregie confecta. Lodices varias goſſappinas,candido,nigro & flauo coloribus intextas,duas auro & gemmis dites,tresq; alias pennis & goſſapino intextas ſcacorum ludo: quod argumẽtum eſt & ſcacorum fritillos habere eos in vſu. Aliam à fronte nigro,candido, rubroque coloribus intrinſecus raſam ſine varietate. Aliã eodem modo intextam, aliorum colorum, rota nigra medium tenente, radiata pennis lucentib⁹ intermixtis:candidas & alias lodices duas, periſtromata,aulęa,& ſagulum patrio more viri geſtamen,& textas interiores, & capitis velamina varia tenuiſſima, & pleraq; alia pulchra viſu magis q̃ precioſa, quę arbitror iam plurimorum lectorum ingenijs, quod harum rerum cognitio parũ ſit frugifera,tędioſa potius fore,quàm delectabilia narratu. Pręteꝛmitto & innumeras nauigantium particulas,de laboribus,egeſtate,& periculis,& de monſtris,& aduerſis multis,quib⁹ interdum non abſq; vitę diſcrimine exerciti fuerunt, quę in ſuis annotationibus quiſque ediſſerit,in noſtroque regio rerum Indicarum ſenatu leguntur,ex varijs & multis eorum indicib⁹ & priuatis literis hęc pauca collegi. Munerum tamen latores & Ferdinandus Corteſius, claſſis ipſius pręfectus,& condendę Coloniæ nouæ in extremis terris autor,à regio Indico ſenatu contra rectũ iuſtũq; feciſſe iudicantur,qui in conſulto Cubę gubernatore, qui eos autoritate regia miſe-

miſerat, prouinciam ſuſceperint ab eius manda-
to alienam, quique venerint, licet ad regem, ſe
inſalutato, Per procuratorem fugitiuos latrones
& lęſæ maieſtatis reos Cubę gubernator appel-
lat, ac in ius vocat. Illi autem ſe maius multo
pręſtitiſſe regi obſequium, veniſſeque ad ma-
ius tribunal arguunt. Petit capite puniantur
gubernator. Petunt magiſtratus iſti, & ſumpto-
rum tot laborum & periculorum præmium.
Prę mium & mulcta differtur: vt pars vtraque
audiatur, ſtatutum & ſancitum eſt. Iam ad Da-
rianenſes Vrabę ſinus in putato continenti habi
tatores veniamus. Darienem diximus eſſe flu-
uium in occidentale Vrabæ ſinus cadentem la-
tus. In huius ripa Hiſpani coloniam, regulo Ce
mato vi armorum pulſo, poſuerunt. Coloniæ
nomen ex voto pugnę tempore promiſſo dixe-
re, Sācta Maria antiqua. Ad hos dixim9 in calce
decadū fuiſſe miſſos eo anno quo ſcribere deſij-
mus, duce Petro Aria Abulenſi, viros mille
ducentos, id petente Vaſco Mugnoe Balboa,
qui primus auſtrale pelagus latens adhuc dete-
xerat, & Darienenſibus præerat. Appulſo ad
Darienem Petro Aria gubernatore cum am-
pla regia poteſtate, diximus fuiſſe deſtinatos
per diuerſa cum varijs peditum turmis diuerſos
centuriones. Breuibus abſoluam, quia horri-
da omnia, ſuauia nulla: ex quo noſtræ decades
deſierunt, nil aliud actum eſt, niſi perimere ac
perimi, trucidare ac trucidari. Ad volunta-
tem creauerat rex Vaſcum: nequiuit diu ferre
Petri Ariæ imperium: diſſiderunt animis: con-
fuderunt omnia: interceſſit tempus, Ioannes
Caicedus Franciſcanæ religionis pulpitarius
Vaſco promiſit filiam in vxorem Petri Ariæ.
Ars

Ars inter rerum duces,qua conueniant, nulla reperitur. Diffident multo acrius, & res ad talem caſum deducta eſt,vt occaſionem nactus in Vaſcum Petrus Aries,proceſſu per prætores vrbanos formato, iugulari Vaſcum mandauerit, & vnà primarios quinque alios:inquiens Vaſcum ſocioſque defectioni ſtuduiſſe in mari auſtrali, vbi claſſiculam nauigiorum quatuor Vaſcus ipſe conſtruxerat,ad auſtralia putati continentis littora inueſtiganda,dixiſſe Vaſcum commilitonibus trecentis,quos ſecum habebat: En quid viri tot laborum & periculorum mecum participes alieno ſemper ſubiecti imperio erimꝰ?Quis ferre poſſit iam huius gubernatoris inſolentiam? littora hæc ſequamur quò ſors dederit, & inter tot Elyſias prouincias tam vaſtæ telluris vnam eligamus,in qua nobis ipſis quod vitę ſupereſt, liberi iam tandem viuere poſſimus.Quis hominum nos reperire poterit,aut repertis vim inferre? Res ad gubernatorem delata eſt:Vaſcum ab auſtro accerſit Petrus Aries: paret dicto Vaſcus: in catenas conijcitur: negat Vaſcus tale conſiliū cogitaſſe: teſtes quæruntur malefactorum quæ patrauerat:ab initio dicta colliguntur:morte dignus cenſetur:perimitur. Ita laboribus & periculis,quę ſubiuit innumera miſer Vaſcus, quando maiores ſe titulos adepturum ſperabat,finem impoſuit.Claſſiculam Petrus Aries ipſe, vxore in Dariene relicta,conſcendit, ſcrutaturus littora:nondum an redierit intelligimus: neque ipſi deeſt fortuna. Iam alius eſt deſignatus gubernator,dictus Lupus Soſa,ex fortunatis inſulis,vbi extitit prorex,reuocatus ab Dariene,quid ſtomachi ſit habiturus ſi redierit Petrus Aries, boni iudicent:nil vnquam gloria dignum ſub eo actum

eſt:ni-

eſt:nimium remiſſum ab initio fuiſſe hinc argui tur:illinc autem nimis indulgentem, & parum ſeuerum in corrigendis erroribus. De hoc ſatis. Omiſſa quędam repetamus de flumine ingenti Dabaida profundiſſimo, quem noſtri ob latitudinem ac magnitudinem eius immenſam Grandem vocitarunt: qui labitur in vltimum Vrabæ ſinus angulum, per portas (vti Nilus in Aegyptium mare) ſeptem. Cuius copioſam deſcriptionem reperies in decadibus noſtris. Quod eius montana ſint auro ditiſſima, ex accolarum quos ſuper ijs rebus accurate interrogauimus, relatu dixi. Dabaidę arcana ſcrutaturi Vaſcus & prętores alij compoſitis agminibus aduerſo flumine cum nauibus diuerſarum ſpecierum, quater conſcenderunt, quadraginta milia paſſuum primo, mox quinquaginta, demum octuaginta, ex tranſuerſo alias. O ingens facinus, ô noſtram deteſtandam ignauiam, gens nuda veſtitam, inermis armatam in omni ferè conflictu profligauit ſemper, trucidauit ad vnum, aliquando vulneribus confecit omnes. Sagittis bella gerētes venenatis hoſtem laceſſentem impetunt, et quà viſu hóſtium carnes aſſequuntur detectas, ictum figunt certiſſimum. Habent & iacula, quę pugnę tempore tā crebra iaculantur eminus, vt more nubis ſolem hoſtibus eripiant. Habent & ligneos durefactos enſes latos, quibus cominus certant ferociter, ſi ad manus deueniatur, & Vaſcum ipſum multis vulneribus confecerunt aliquando. Ita flumen Debaida propulſantium accolarum rabie inexploratum relinquitur. Reſtat vt de Hiſpaniola reliquarum inſularum genitrice ac ceu primaria earum, de quibus narrare inſtituimus, pauca dicamus. Reſarcitus eſt in ea ſenatus, quinque ſunt (Hiſpaniola.)

additi

additi iudices, qui vniuerſis illis tractibus leges prębeant. Sed propediem in ea colligere aurum licet ſit auro pręgnans, deſinent, quia foſſores deerunt: ad exiguum miſeri accolę redacti ſunt numerum, quorum opera auro legendo vſi ſunt. Abſumpti ſunt ab initio bellis acribus, fame multo plures: quo anno radicem, qua panem nobilium conficiebant, eruerũt, & à maiȷcio grano ſeminando pane populari abſtinuerunt: reliquos varij morbi, ignoti hactenus, anno milleſimo quingenteſimo decimo octauo, qui tanquã morboſas pecudes contagioſo halitu eos inuaſerant, & vnà, ne mentiamur, auri cupiditas: in quo effodiendo, cribrando ac legendo miſeros poſt iacta ſemina, ocioſis ludis ac tripudijs, & piſcationi, aut parui cuniculi venationi aſſuetos inhumane nimis exagitarũt. Iã per regiũ vniuerſum ſenatũ ſancitũ eſt, vt liberi reducantur in pp̃los & agriculturæ generationiq; indulgeant. Serui autẽ & aliũde empti, ad id aurifodinarũ opificiũ trahantur. De auri mortifera fame ſatis dictum. Auditu eſt mirandum, quantum in hac inſula coaleſcant omnia. Octo & viginti in ea ſunt torcularia erecta, quibus magna ſaccari copia extorquet̃. Saccareas aiunt cannas altiores craſſioreſq; in hac inſula creari q̃ alibi vſquã reperiantur, ad craſſitudinem lacertalẽ aiunt & virilis ſtaturæ, ac ſemis altitudinẽ nutriri, & quod maius, Valentię Hiſpanæ, vbi ingens ſaccari copia quotannis elicit̃, vbicunq; ſaccareis cannis inuigilatur, quinque vel ſex, aut quando copioſius, ſeptem phialas cãnas quęq; radix parturit: in Hiſpaniola viginti aut triginta interdum. Quadrupedum eſt in ea copia immenſa. Auri rabida ſitis à cultura Hiſpanos hactenus diuertit. Triticum augetur in immenſum

Saccari copia.

menſum, vt centeſimum aliquãdo reddidiſſe dicatur: vbi cura ſit, in collibus aut montanis iugis ad Boream pręcipue verſis, tritico ſerendo intendere. Coaleſcũt & vites in eiſdem partibus. De arboribus vero caſſiam fiſtulam gignentibus, ex inſulis putato continenti vicinis aſportatis (de quibus mentionem fecimus in decadum libellis) quid dicemus? Tanta eſt iam copia, vt poſt paucos annos libram ſimus vncię loco à pharmacopolis habituri. De ſyluis coccineis, deque reliquis huius beatę inſulę prerogatiuis, & naturæ in illam porrecta beneficentia, ſatis multa in decadibus. Placuit tamen pleraq; repetere, quia à grandium negociorum mole arbitror ad huiuſcemodi rerum recordationem multorum lectorum ingenia diuertiſſe: nec labia detorquẽt, quæ ſunt ſapida, modo materia precioſa precioſis veſtibus induatur.

R. Petri Martyris de inſulis nuper inuentis
FINIS.

M.D.XXXVI.


IO.STEEL SIVS.
Concordia, res
paruę creſcunt.

C

J536
B947d